ΠΑΥΚΟΒΑ ΕΘΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΑΘΗΝΩΝ

155

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶STATVTA CIVILIA ET CRIMINALIA CIVITTATIS ET COMITATVS VIGLEVANI.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

155
1041.

¶Errectio facta per Sũmum Pontificem de Oppido Vigleuani in Ciuitatem.

✠

LEMENS Episcopus seruus seruoꝝ Dei Ad perpetuã rei memoriã, Pro excellenti pręæminentia Sedis Apostolicæ, in qua post Beatũ Petrũ Apostolũ Principem, quã uis imparibus meritis, pari tamen auctoritate constituti sumus, in irriguo militantis Ecclesiæ agro, Romanũ Pontificem, nouas Episcopales sedes, ecclesiasq; plantare dignũ arbitramur, ut ꝑ huiusmodi nouã plantationẽ, populoꝝ augeat deuotio diuinus cultus effloreat, animarũ salus subsequat, & humilia loca ea præsertim quoꝝ incolas præcipua deuotionis integritas & fidelitatis merita exornãt, dignioribus titulis, & cõdignis fauoribus Illustrant, ut ꝑpagatione nouę sedis, honoratiq; præsulis assistentia & regimine, cũ Apostolice auctoritatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei ꝓfectu, & exaltatione populi ipsi ꝓpositũ eis æternæ fœlicitatis, præmiũ facilius ualeant adipisci, dignaq; eoꝝ retributio cædere possit aliis in exemplũ, sanæ cũ oppidũ Vigleuani forsan partim Nouariensis & partim Papiensis Diocesis, Campaneæ Lumellinæ, tẽporali dominio Dilecti filii, Nobilis uiri Frãcisci Sfortię Vicecomitis Ducis Mediolani subiectũ inter alia illarũ partiũ oppida admodũ insigne & notabile, ac benedicente domino, plurium prælatorũ doctorũ, & aliarũ notabiliũ personarũ Populiq; generositate refectũ & in eo una collegiata ecclesia etiã insignis & notabilis, sub inuocata Sancti Ambrosi dicata, ac in illa una præpositura dignitas inibi principalis necnõ septem canonicatus & totidem præbendas pro totidem personis existant. Adeo ut oppidum Ciuitatis & Ecclesię huiusmodi cathedralis nomine, titulo, & prerogatiua merito decorari debeant. Idq; prefactus Franciscus Sfortia Dux sũmopere desiderat, ac nobis super hoc humiliter supplicauerit, ac pro ipsius Ecclesiæ dote, Idẽ Frãciscus Sfortia Dux nõ nullas in de la Sforzescha, & dilectus filius Magister Galeacius de Petra Clericus Papiensis, norarius noster alias ꝑprie

tates in uallis uiridis nūcupatis locis dicti Nouariēsis Diocesis cōsistētes & respectiue ad eos legitime pertinentes, assignare parati existant. Nos attendentes q̃ si oppidū in Ciuitat & ecclesia huiusmodi in cathedralem ecclesiā erigerent, & instituerent, id in ipsius oppidi & dilectorū filiorū cleri ac uniuersitatis singulorūq; incolarū & habitatorū eiusdē decus & amplitudinē, diuiniq; cultus augumentū & aiarū salutē Cederet, & ipsius Frācisci Ducis uotis plurimū satisfaceret, Præmissis & certis aliis rationabilibus causis, habita desup cū fratribus nostris deliberatione matura de illorū consilio & apostolicæ potestatis plenitudine, oppidū prædictum cū illius districtu, ac dictis Nouariēsi. & Papiēsi. Diocesis Venerabilis Fratris nostri Antonii Portuēsi. Sāctæ Romanę ecclesię Cardinalis de Monte nūcupati, cui quoad uixerit oīmoda administratio in spiritualibus & temporalibus ecclesia Papiēsi. Apostolica auctoritate reseruata existit, & Io. Mariæ Papiēsi. Episcoporū, ad hoc quo ad partem oppidi & districtus huiusmodi in dicta Diocesi Papiēsi. consistentem dūtaxat ita q̃ ꝓpterea dictæ ecclesiæ Papiēsi. quo ad reliqua præter huiusmodi oppidū & illius districtū dūtaxat ipsius Diocesis Papiēsi. loca aliquod præiudiciū nō generet, & nihil aliud de dicta Diocesi Papiēsi. sine eorūdem Antonii Cardinalis & Io. Mariæ Episcopi consensu dismembret, necnō quæ similiter partim Nouariensis & partim Papiēsi. Diocesis prædictis existit campaneā Lumellinā prædictam quo ad illius partem in dicto Diocesi Nouariensi consistentem dūtaxat, cū omnibus & singulis ipsius Campaneæ castris, uillis, & locis, necnō oppidi districtis & partis campaneæ Nouariēsis Diocesis huiusmodi clero populo & psonis ac ecclesiis monasteriis & piis locis necnō beneficiis ecclesiasticis, cū cura & sine cura, secularibus & ordinū quorūcūq; regularibus, ab eadē Diocesi Nouariēsi. saluis cēsibus si q̃ i oppido districtu & Nouariēsi diocesi huiusmodi respectiue Papiēsi. & Nouariēsi. Ep̄is pro tēpore existētibus debeant uenerabilis fratris nostri Io. Angeli Ep̄i Nouariēsi. ad prēmissa quo ad Dioc. Nouariēsi. prēdicta cōcernūt expresso accedēte cōsensu, auctoritate prēdicta, Tenore prēsentiū separamus & ab oī iurisdictione superioritate correctione, uisitatione, dominio, & potestate, prēdictorū & p tēpore existēsi. Papiēsi. & Nouariēsi. Ep̄orū necnō dilectorū filiorū Papiēsi. & Nouariēsi. Ecclesiarū capitulorū,

eorūq; Vicariorū & officialiū, ac a solutiōe quorūcūq; iuriū eisdē Ep̄is & capitulis p clerū & alios prēdictos rōne iurisdictionis & superioratis debitorū penitus eximimus & totaliter liberamus, necnō oppidū in Ciuitatē & ecclesiā Sācti Ambrosii huiusmodi in cathedralē ecclesiā, ac in illā episcopalē dignitatē, cū prēæminētiis, honoribus, & priuilegiis, qbus aliæ cathedrales ecclesiæ de iure, uel cōsuetudine utunt, potiunt & gaudent, ac uti potiri, & gaudere possunt, & poterūt quomodolibet infuturū necnō episcopali & capitulari mensis ac aliis cathedralibus insignis, & ultra Præpositurā quā inibi dignitatē post pōtificalē maiorē esse uolumus, unū archipresbyteratū p uno arcipresbytero, & unū archidiaconatū p uno archidiacono & unū decanatū dignitates inibi nō maiores post pōtificalē p uno decano, necnō ultra septē canonicatus, & totidē prębēdas iā i ea cōstitutos alios qnq; canonicatus, & totidē prębendas p aliis qnq; canonicis ad oīpotētis Dei laudē & ipsius. S. Ambrosii honorē, totiusq; triūphātis ecclesiæ gloriā, & fidei catholicę exaltationē de simili cōsilio dicta auctoritate, erigimus & instituimus ac oppidū Ciuitatis, & ecclesiā cathedralis, necnō cāpaneā Diocesi incolasq; & habitatores prēdictos Ciuiū noie & honore decoramus, necnō eidē ecclesię sic in cathedralē erectæ oppidū p ciuitate & cāpaneā huiusmodi p diocesi, necnō ecclesias p clero, & seculares psonas inibi habitātes p populo cōcedimus & assignamus, ac Ciuitatē diocesim Clerū, & populū prēdictis Episcopo Vigleuaēsi. q p tēpore fuerit quo ad ordinariā oēm iurisdictionē, & superioritatem etiā ppetuo subiicimus necnō episcopali p illius unā uallis uiridis ualoris ānui q̃dringētarū librarū imperialiū monetę Mediolanēsis octuaginta Ducatos auri uel circa cōstituentiū, ad Galeaciū & tā illi tot alias de la Sforcescha locorū huiusmodi ex qbus tria millia librarū similiū quā capitulari mensis prēdictas alias eiusdē loci de la Sforcescha ꝓprietates ad Frācisciū Ducē prefactos legitime pertinentes ex qbus p dote archipresbyteratus, archidiaconatus, & decanatus, ducente & qnquaginta, ac p erectorū canonicatū & præbendarū huiusmodi centū & quinquaginta librę similes ānuatim percipi possunt, per easdem Frācisciū Ducem & Galeaciū concedendas & assignandas ex nunc prout extunc & e contra, cū concessæ & assignatæ fuerint ita q̃ liceat Episcopo Vigleuani pro tempore existenti & capitulo ecclesiæ hu-

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

iusmodi, p se uel aliū seu alios corporalem possessionem ꝓprietatū prædictarū, illarūq; iuriū & ꝓtinentiarū ꝓpria auctoritate, libere aprehendere & perpetuo retinere, illarūq; fructus redditus & ꝓuentus in suos & mensarū ac archipresbyteratus, archidiaconatus, decanatus, necnō canonicatuū & præbendarū erectoꝝ prædictoꝝ respectiue usus & utilitatē cōuertere, cuiusuis licentia sup hoc minime requisita, auctoritate, & tenore prędictis perpetuo applicamus & appropriamus, & insup præfacto Frācisco & pro tēpore existenti Duci Mediolani ius patronatus, & prēsentādi nobis & Romā Pontificis pro tēpore existenti persona idoneā ad eandē ecclesiā Vigleuanensem, quotiens illā hac prima uice excepta pro tempore uaccare cōtingerit, p nos & pro tēpore existentē Romanū Pōtificē prefactū eidē ecclesię in Episcopū pficiendi, ac etiā prēsentādi eidem Episcopo Vigleuanēsi pro tēpore existenti alias psonas idoneas ad Archipresbyteratū Archidiaconatū & decanatū, ac singulos canonicatus & præbendas erectos prędictos tā hac priua uice ab eoꝝ primeua erectione huiusmodi uaccātes, quā deinceps quotiens illos pro tempore quouismodo uaccare cōtingerit p ipsū Episcopū Vigleuanensem ad presentationē huiusmodi instituēdas, similibus cōsilio auctoritate & tenore reseruamus cōcedimus & assignamus. Decernētes iuri patronatus huiusmodi, ac si illud eidē Duci rōne uerę fundationis, seu plenę dotationis cōpeteret etiā p sedē prędictā etiā cōsistorialiter derogari nō posse, nec derogatū censeri nisi ad hoc ipsius Frācisci & pro tēpore existentis Ducis Mediolani expressus accesserit assensus, & sic p quoscūq; iudices sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretādi facultate, & auctoritate iudicari, diffiniri debere, irritū quoq; & inane, si secus sup his a quo quauis auctoritate scienter uel ignoranter cōtingerit attemptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā nostræ separationis, exēptionis, liberationis, erectionis, institutionis, decorationis cōcessionis assignationis, subiectionis, uolūtatis, ampliationis apropriationis reseruationis, & decreti, infringere, uel ei ausu temerario cōtraire, si qs autē hoc attēptare præsūpserit, indignationē Oīpotentis Dei ac Beatoꝝ Petri & Pauli Apostoloꝝ eius se nouerit incursurū. Dat. Bononię ānō incarnationis Dñicę Millesimo qngentesimo. xx. ix. Decimo. vii. Klendis Aprilis. Pōtificatus nrī ānō. yii. CCCCCCCC. A. de Castillo. A. Stupha.

¶ Epistola seu litteræ Sūmi Pontificis ad Populum Vigleuanensem, ad suscipiendum nouū Episcopum.

✠

LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Populo Ciuitatis & Diocesis Vigleuanensis Salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie ecclesiæ uestræ Vigleuanensis quā nos etiā hodie collegiata ecclesia Sancti Ambrosii, tunc Nouariensis Diocesis in cathedralem ecclesiam, ex certis causis de fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate erecta, ereximus & instituimus, tunc a primeua eius erectione huiusmodi uaccanti de persona dilecti filii Galeacii electi Vigleuanensis nobis & eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de simili fratrum eorumdem consilio auctoritate prædicta prouidimus, ipsumq; illi in Episcopum præfecimus & pastorem, curam & administrationem ipsius ecclesiæ Vigleuanensis sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie cōmittendo prout in nobis inde confectis litteris plenius continetur. Quo circa, Vniuersitatem uestram monemus & hortamur attente uobis, per Apostolica scripta mandantes quatenus eundem Galeacium electum tamquā patrem & pastorem animarum uestrarum deuote suscipientes, & debita honorificentia pertractantes, eius monitis & mandatis salubribus humiliter intendatis, ita ꝓ ipse Galeacius electus in uobis deuotionis filios & uos, in eo per consequens patrem beniuolum inuenisse gaudeatis. Dat. Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo uigesimo nono Decimo septimo Klendis Aprilis Pontificatus nostri Anno septimo. xx. A. de Castillo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

FRANCISCVS .II. DVX MEDIOLANI &c. Postquã a turbine tot & tantorꝫ bellorꝫ nobis cõquiescere ĩmo uerius respirare licuit nihil magis animo nro insedit quã oppidũ Vigleuani in Ciuitatẽ erigere & erectã auspice Sũmo Maximoq; Clemente Põtifice, Episcopatu cũdecorare adiectis uberioris Glebę agris quibus & Reuerendus Episcopus Cæteriq; sacerdotes rem diuinã facientes in sacro templo Diuo Ambrosio nouæ urbis tutellari nimiũ dicato, uictũ his qui sunt sacris inciati dignũ pararẽt, allicíebat ad id frequens oppidanorꝫ numerus ingenio usu rerũ, & diuersis uirtutibus prẽditorꝫ quorꝫ & si pars magna peste & bello ꝓximus ãnis desiderati sint supfuere tamen filii optimæ spei adolescentes qui nouæ Vrbi ꝓpediẽ ornamento erũt inuitabãt & ingentes sacræ ædes quibus oĩs fere generis religiosis uitæ uiti præsunt, rei diuinæ incũbentes impellebat, & loci amenitas, aeris tẽperies, Arx munita, Atria nobilissima, cultæ domus, forũ amplissimũ, pulcherimũq; ut merito ipsum oppidum Ciuitatis titulo exornandũ censeremus. Quæ cũ Deo ãnuente, felicibus auspiciis effeceremus, Noui Ciues Vigleuanenses supplicem libellũ tenoris subsequentis nobis porrexerũt uidelicet. Illustrissime & Excellentissime Princeps Cũ fauente Deo Ex. V. placuerit, hoc suũ Vigleuani oppidũ in titulũ Ciuitatis erigere decet subsequenter eãdem Ciuitatem cõpetenti Comitatu & iurisdictione augere Ipsamq; ĩmunitatibus & priuilegiis dotare, ac munire, ut nõ solũ nomine Sed & effectu Ciuitatis nomen habere mereat & loci sterilitati coadiuuamen addat. Ea ꝓpter Excellentię uestræ humiliter recurrendo supplicãt Cõsules Cõmune & Homines dictæ Ciuitatis, ut illa dignet infrascripta priuilegia concedere, & iam concessa confirmare & obseruari facere, put sperat. Primo q; Excellentia. V. Cõcedere dignet ipsi Ciuitati Idoneã & cõpetentem iurisdictionem siue Comitatũ, Secũdo petit confirmari priuilegiũ concessum p Fe. me. Excellentissimi Ducis Ludouici Ex. V. genitoris de conducendo blada a partibus Lumellinæ, Isolariæ, & Nouariensis Vigleuani. Quod hic exhibet cum exemptione & sine solutione florenorꝫ Quattuorcentũ, quos antea soluebant annuatim ex causa præmissa. Vt Ciuitas ipsa suo gaudeat priuilegio, Tertio petit sibi concedi in

perpetuũ tres nundinas in ãno, fieri posse in dicta Ciuitate exẽptas & frãchas ut cæteris concedunt uidelicet unã in octaua Pascæ resurrectionis Dominicæ Aliã in festo Sãcti Ambrosii Quod est die septimo Decẽbris & aliã in festo Sãctę Magdalenę quod est die. xxii. Iulii duraturas p dies octo pro singula earꝫ. Cũ exemptione dationꝫ usq; ad introitũ inclusiue ip sius Ciuitatis nõ autem pro exitu pro oĩbus mercibus eodem cõducendis. Quarto petit q; sibi concedat facultas acquirendi bona ĩmobilia sup to to Dominio sine ulla speciali licentia obtinenda in posterũ, sustinendo onera secundũ consuetudinem & statuta locorũ in qbus sita erunt bona acquirenda. Quinto & ultimo petit, ut confirment omnia priuilegia hactenus concessa dictæ Cõmunitati p olim Illustrissimos & Excellentissimos Duces Mediolani quę hucusq; obseruata fuere & obseruant & quorũ originalia ꝓpter bella perdita sunt, tamen reperiunt antiquitus registrata in uolumine statutorꝫ dictæ Ciuitatis: Nos autẽ ea omnia in Senatu nostro prius recitari & diligenter super iisdem agi, maturæq; discuti uoluimus, Is ordo ut in una quaq; re prudenter facit, euocauit Quæstores nostros ac omniũ quæ agenda forent, & ad eorꝫ officiũ pertinerent, eos participes esse uoluit, monuit & ciues Papiẽses, & certos fecit Nouarieũ. qui cũ ea de causa nũcios suos ad eundem Senatũ destinauerint, de constituendo nouo Comitatu diu cũ illis disceptatũ est, multaq; in mediũ ad ducta fuerunt quæ & animũ nostrũ eiusq; ordinis mentẽ mouere potuissent quominus latos fines, noui Comitatus nouę urbi daremus, omnibus recte perpensis, etiã de Senatus nostri iudicio quod semp ut est iustissimũ censemus, existimauimus minime æquũ fore ut Vrbs ullo absq; comitatu esset, nouiq; Ciues intra unã urbẽ ueluti mãcam se cõtinerent, nec minus cõueniens uideret nouos Ciues aliqbus cõmodis atq; ĩmunitatibus cõdonare ita tamen ad hoc deueniendũ fore, ut hæ aliæ Ciuitates dignoscere possent etiã de earũ cõmodo. Nos congruã rationem habuisse Capitulis ipsis in modũ Qui sequit respõdemus, Ad primũ Capitulũ cõcedit Comitatus in terris infrascriptis uidelicet Gambolate, Cillauenia, Graualona Nicoruo, Rodobio, Palestro, Cõflentia, Vinzalio Turriono, Villanoua, Casolo ueteri & nouo, & quæ habeant in omnibus & p omnia

recognoſcere maiorem Magiſtratũ, Vigleuani, prout alia loca aliis Ciuitatibus Mediolanenſis dominii ſuppoſita, ſaluo q̃ nobiles Papienſes habentes de præſenti bona in loco Gambolate & qui etiã conſueuerũt habitare in Ciuitate Papiæ a Decennio citra, nõ ſubiaceant maiori magiſtratu Vigleuani. Sed remaneant ſub iuriſdictione Prætoris & maioris magiſtratus Papiæ prout hactenus conſueuerũt, Ad ſecundũ conceditur q̃ ex Comitatu aſſignato poſſint conduci blada Vigleuanũ, abſq̃ aliqua ſolutione ex aliis autẽ locis ſeruetur id quod in aliis Ciuitatibus obſeruat. Ad tertiũ conceditur q̃ poſſint fieri duæ Nundinæ, Altera ad feſtũ Paſcatis, altera ad feſtũ Sancti Ambroſii cũ illis tamen exemptionibus, & conditionibus quæ per Q uæſtores prædictos apponent, & declarabuntur, Ad quartũ conceditur ut petitur, ſine tamen præiudicio iuriũ tertii, & fori declinatione, & bonis cũ onere ſuo tranſeuntibus, Ad Q uintum & ultimum fiat confirmatio ſeu conceſſio, prout hactenus rite & recte Priuilegia ipſa ſeruata fuerunt & in uiridi obſeruantia exiſtunt: Mandamuſq̃ Q uibuſcunq̃ officialibus noſtris feudatariorumq̃ noſtrorũ & ſubditis præſentibus & futuris, ut Capitula ipſa, in modum & formam quibus ſupra a Nobis data ſunt ad unum quodq̃ reſponſiones ſeruent & exequantur & inuiolabiliter ſeruari & executioni demandari faciant. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas fieri iuſſimus & regiſtrari noſtriq̃ Sigilli munimine roborari: Data Vigleuani die ſecundo Februarii M.D.XXXII. Signata Franciſcus ſubſcripta Bartholameus Rozonus Sigillataq̃ Sigillo Ducali in cera alba pendenti, cum cordula uiridi Albiq̃ coloris ſiricea, arq̃ fillo aureo interpoſito A tergo Regiſtrata in Libro Feudorum in fol. xxii.

FRANCISCVS SECVNDVS MEDIOLANI DVX &c. Cæſar Auguſtus Magni Alexandri uocem admiratus ſuos in illo maximo & fortunatiſſimo uictoriarum curſu interrogantis, quid orbe ſubacto facturus eſſet, illam minus inconſultam & tanto rege indignam pronũtiauit Cum magis Laborioſum & longe clarius ſit parta ordinare & bene gubernare quam acquirere, Laudatiſſimã & uere auream ſententiam hanc ſequuti Vigleuanum ab iis qui aliquando nos oderant receptum in Ciuitatis formam redactũ, legibus exornauimus, confirmauimuſq̃ & normã dedimus Q ui nõ in uniuerſum tantum in eo ac in Iuriſdictione quam illi attribuimus uiuendum ſit, Q uas leges, ſtatuta appellant a Senatu noſtro repurgatas & acrioris limæ attritu perpolitas: Sicuti leguntur inconcuſſe ſeruari uolumus & Iubemus: In quorum fidem præſentes fieri regiſtrari noſtriq̃ ſigilli impreſſione muniri Iuſſimus: Data Papiæ ultimo Iulii M.D.XXXII. Signata Ia. Cataneus & Sigillata ſigillo Ducali in cera alba ſolito.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Vt facilius inueniantur quæ in his statutis continentur Tabulam subiecimus in quibus omnes Rubricæ notabuntur, tam generales quã quæ generalibus supponuntur.

¶Rubrica generalis de electione Domini Potestatis Vigleuani & eius salario. fol. i.
¶Rubrica generalis de electione Dominorum de Consilio maiori & aliis officialibus Cõmunitatis Ciuitatis Vigleuani. fol. iii.
¶Rubrica generalis de legibus. fol. vi.
¶Rubrica generalis de citationibus & in ius uocando. fol. viii.
¶Rubrica generalis de tutoribus & curatoribus. fol. viiii.
¶Rubrica generalis de iudiciis. fol. xi.
¶Rubrica generalis de interrogationibus. fol. xviii.
¶Rubrica generalis de exhibitionibus instrumentorum & librorum rationum. fol. eo.
¶Rubrica generalis de positionibus. fol. xviiii
¶Rubrica generalis de probationibus & testibus. fol. eo.
¶Rubrica generalis de iure iurando. fol. xxi.
¶Rubrica generalis de feriis & dilationibus. fol. xxii.
¶Rubrica generalis de sequestus. fol. xxiiii.
¶Rubrica generalis de præscriptionibus. fol. xxv.
¶Rubrica generalis de damno & interesse. fol. eo.
¶Rubrica generalis de compromissis arbitriis & arbitramentis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de appellationibus. fol. xxvii.
¶Rubrica generalis de executionibus realibus & personalibus & mercede famulorum. fol. xxx.
¶Rubrica generalis de fraudibus remouendis. fol. xxxiii
¶Rubrica generalis de successionibus abintestato. fol. xxxiiii
¶Rubrica generalis de Alimentis. fol. xxxix.
¶Rubrica generalis de testamentis & ultimis uoluntatibus & successionibus instrumentorum. fol. eo.
¶Rubrica generalis de cessionibus bonorum & iurium. fol. xl.
¶Rubrica generalis de locatione & conductione. fol. xli.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de bonis ad cridas uendendis. fol. xlii.
¶Rubrica generalis de re paterna luenda. fol. xlv.
¶Rubrica generalis de collegio notariorum Ciuitatis Vigleuani & de eorum officialibus. fol. xlvi.
¶Rubrica generalis de iudice uictualium Cõmunis Vigleuani & eius officio. fol. lv.
¶Rubrica generalis de molinariis. fol. lvi.
¶Rubrica generalis de piscatoribus. fol. lvii.
¶Rubrica generalis de fornaxariis. fol. eo.
¶Rubrica geueralis de falsis pensis & mensuris. fol. eo.
¶Rubrica generalis de bechariis. fol. lviii.
¶Rubrica generalis de iudice stratarum & eius officio. fol. lviiii.
¶Rubrica generalis de marosseriis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de mercatoribus lanarũ & draporũ. fol. lx.
¶Rubrica generalis de oneribus. fol. lxvii.
¶Rubrica de obseruatione presentium statutorũ & annullatione ueterum. fol. lxxi.
¶Rubrica generalis de electione Domini Potestatis Vigleuani & eius salario. fol. i.
¶De eodem. fol. eo.
¶De iurisdictione Potestatis. fol. eo.
¶De forma sacramenti præstandi per Dominum Potestatem Vigleuani. fol. eo.
¶Quod officium præfati Potestatis non duret ultra biennium. fol. ii.
¶Quod Potestas eiusq; uicarius non possit reddere ius conciuibus suis neq; fideiussoribus suis. fol. eo.
¶De porta & hostis Potestatis Vigleuani apertis tenẽdis. fol. eo.
¶De Sindicatu Potestatis. fol. eo.
¶De modo procedendi in sindicatu. fol. iii.
¶Rubrica generalis de electione Dominorum de Consilio maiori & aliis officialibus Cõmunitatis Ciuitatis Vigleuani. fol. eo.
¶De electione dominorum duorum consulum & duodecim sapientum prouisionum Ciuitatis Vigleuani & eorum officio. fol. iiii.
¶Quod nullus possit se ipsum eligere. fol. eo.
¶De sacramento. D. Consulum & duodecim Prouisionum Ciuitatis Vigleuani. fol. v.
¶De his q̃ phibent esse de. D. duodecim & de cõsulibus. fol. eo.
¶De forma celebrandi consilia. fol. eo.
¶De pœna non uenientis ad consilium. fol. eo.
¶De electione extimatorũ Cõmunis Vigleuani & forma seruanda in extimationibus & eorum consilio. fol. vi.
¶De Sindicis & ꝓcuratoribus Cõmunitatis Vigleuani. fol. eo.
¶De electiõe seruitorꝫ Cõmunis Vigleuani & eorꝫ officio. fol. eo.
¶De tubatoribus Cõmunis Vigleuani. fol. vii.
¶De Cancellariis Cõmunis Vigleuani eligendis. fol. eo.
¶De Rationatoribus Cõmunis Vigleuani. fol. eo.
¶De Tesaurario Cõmunitatis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de legibus. fol. eo.
¶Quod Rubricæ non disponant. fol. viii.
¶Quod Statuta seruentur ad litteram. fol. eo.
¶Quod consuetudines aut stilli obseruari nõ debeant. fol. eo.
¶Quomodo rõne cõtractus uel bonorꝫ qs cõueniri possit fol. eo.
¶Quod ex possessione de præsenti uel præterito præsumatur dominium. fol. eo.
¶Rubrica generalis de citationibus & in ius uocando. fol. eo.
¶De modo citandi absentes. fol. viiii.
¶De eo citando cuius porta reperitur clausa. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Vbi fieri debeant denuntiationes oblationes & protestationes extraiudiciales. fol. eo.
¶Rubrica generalis de tutoribus & curatoribus. fol. eo.
¶Quod debitor & creditor pupilli possit esse tutor testamentarius. fol. x.
¶De fide danda tutori seu curatori pro expeũ. fol. eo.
¶Quod tutor seu curator possit compelli ad rationem durante tutella & cura. fol. xi.
¶Rubrica generalis de iudiciis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Quod exceptiones sint saluæ in fine litis. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶In quibus causis summarie procedatur. fol. xii.
¶De ordine procedendi in causis summariis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De sapientibus dandis. fol. xiii.
¶De Capitulis admittendis. fol. eo.
¶Quod uictus uictori comdenetur in expensis. fol. eo.
¶De satisdatione præstanda per non suppositum. fol. eo.
¶Quod mulieres causantes satisdare habeant. fol. eo.
¶De electione habitaculi fienda per illos qui habitant extra Ciuitatem Vigleuani. fol. eo.
¶Quod acta causæ habeantur pro productis. fol. xiiii.
¶De iure reddendo ex instrumento. fol. eo.
¶De iure reddendo ex debitis apparentibus per scripturam priuatam. fol. xv.
¶De iure reddendo a libris decem imperialium infra. fol. eo.
¶De nominatione testium iurium, uel scripturarum existentium extra Comitatum Vigleuani. fol. eo.
¶De re litigiosa non alienanda. fol. xvi.
¶Quod nominans dominum in iudicio non eximatur de iudicio nisi in casu &c. fol. eo.
¶De ætate legittima. fol. eo.
¶De fideiussore exonerando. fol. eo.
¶Quod fideiubens uel obligatus ad fideiubendum teneatur se obligare insolidum. fol. eo.
¶Quod bona debitorum sint obligata fideiussoribus. fol. eo.
¶De iure reddendo non subdito iurisdictioni iusdicentium Ciuitatis Vigleuani. fol. xvii.
¶De eodem. fol. eo.
¶De pœna aduocati uel procuratoris qui fecerit pactum de quota litis. fol. eo.
¶De filio familias. fol. eo.
¶De computatione dierum utilium. fol. xviii.
¶De instantia causæ litterarum ducalium. fol. eo.
¶Rubrica generalis de interrogationibus. fol. eo.
¶Rubrica generalis de exhibitione instrumentorum & librorum rationum. fol. eo.
¶De exhibitione instrumentorum & imbreuiaturarũ. fol. eo.
¶De exhibitione libri rationum. fol. xviiii.
¶Rubrica generalis de positionibus. fol. eo.
¶De pœna negantis positiones filationis & mortis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de probationibus & testibus. fol. eo.
¶De capitulis dandis ante receptionem testium. fol. eo.
¶Quod testis de uniuersitate pro eadem nõ admittatur. fol. xx.
¶Quod marosserius possit esse testis. fol. eo.
¶Quod alienans in causa alienationis non possit dicere testimonium ad instantiam ementis. fol. eo.
¶Quod Coloni & inquillini compellantur ad perhibendum testimonium. fol. eo.
¶Quod per testes quædam probari non possint. fol. eo.
¶De ꝓbatione liberationis contra publicũ instrumentũ. fol. eo.
¶Qualiter quis præsumatur mortuus. fol. eo.
¶De pœna recusantis perhibere testimonium & mercede testis forensis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de iure iurando. fol. xxi.
¶De sacramento falso uel non uero. fol. eo.
¶De sacramento super expensis & dãnis ex instrumento. fol. xxii.
¶De sacramentis puberum. fol. eo.
¶Rubrica de feriis & dilationibus. fol. eo.
¶Quando incipiat annus & indictio. fol. eo.
¶De diebus festiuis celebrandis. fol. eo.
¶De feriis messium & uindemiarum. fol. xxiii.
¶De feriis repentinis. fol. xxiiii.
¶Quod dies termini non computetur in termino. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Quod omni die non prohibito iura reddantur. fol. eo.
¶Rubrica generalis de sequestris. fol. eo.
¶Rubrica generalis de præscriptionibus. fol. xxv.
¶De scripto manu debitoris petẽdo infra duodecim ãnos. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de damno & interesse. fol. eo.
¶Rubrica generalis de compromissis arbitriis & arbitramentis. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶De ſecunda reuiſione petenda. fol. xxvii
¶De compromiſſis uoluntariis. fol. eo.
¶Q uod coram arbitris & arbitratoribus poſſint ea fieri quæ poſſent fieri coram iudice ordinario. fol. eo.
¶Rubrica generalis de appellationibus. fol. eo.
¶De eodem. fol. xxviii.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. xxix.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶A quibus ſententiis non poſſit appellari. fol. eo.
¶In cauſa appellationis quomodo poſſit probari. fol. xxx.
¶Rubrica generalis de executionibus realibus & perſonalibus & mercede famulorum. fol. eo.
¶De ſententiis executioni mandandis. fol. eo.
¶De executione ultimarum uoluntatum teſtamentorum & donationum cauſa mortis. fol. eo.
¶Q uod nemo pro debito priuato poſſit capi perſonaliter, niſi in caſibus infraſcriptis. fol. eo.
¶De hiis qui nō poſſunt capi ratione ætatis uel alia cauſa. fol. xxxi.
¶De rebus prohibitis derobari. fol. eo.
¶De modo ſeruando per ſeruitores & famulos in executionibus fiendis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q uod nullus capiatur in certis locis & diebus nec derobetur in certis diebus. fol. xxxii.
¶Q uod Cōſiliarii ea die qua fit conſiliū nō poſſint Capi. fol. eo.
¶Q uod detenti pro debito publico, uel ex maleficio nō poſſint ſequeſtrari. fol. eo.
¶Q uod fugitiui poſſint capi quolibet die etiam feriato. fol. eo.
¶De mercede ſeruitorum & famulorum. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De mercede capturæ ex debito priuato. fol. xxxiii
¶De mercede capturæ ex maleficio fol. eo.
¶De mercede cuſtodis carcerum. fol. eo.
¶Rubrica generalis de fraudibus remouendis. fol. eo.
¶De emancepato ſtante cum aſcendente. fol. eo.
¶Q uod acquiſita per Vxorem, Matrem, uel Auiam, acquiſita eſſe intelligantur marito, filiis, & nepotibus. fol. xxxiiii
¶Q uod nullus beneficio Inuentarii poſſit eſſe hæres fol. eo.
¶De donatione facta in fraudem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de ſucceſſionibus abinteſtato. fol. eo.
¶Q uod mulier aſcendens non ſuccedat deſcendenti ſtantibus agnatis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q ualiter maſculi deſcendentes præferrantur fœminis in ſucceſſione aſcendentium utriuſq; ſexus. fol. xxxv.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q uomodo mulier præſumatur eſſe dotata fol. xxxvi
¶De muliere excluſa a ſucceſſione aſcendentis per maſculum qualiter iterum admittatur. fol. eo.
¶De ſucceſſionibus fratrum & ſororum abinteſtato decedentium. fol. eo.
¶De eodem & ſucceſſione collateralium. fol. eo.
¶Q uod agnati excludant cognatos. fol. xxxvii
¶Mortuo uiro quid lucretur uxor. fol. eo.
¶Mortua uxore quid lucratur maritus. fol. eo.
¶Q uod maritus poſſit relinquere uxori uſq; ad quartam partem bonorum ſuorum. fol. eo.
¶De quibus rebus liceat uxori teſtari fol. eo.
¶Q uod certa uerba idem importent. fo. xxxviii
¶Q uod legittimati & adoptiui excludantur. fol. eo.
¶De muliere nupta extra iuriſdictionem Ciuitatis & Comitatus Vigleuani. fol. eo.
¶Q uod trebelianica poſſit prohiberi. fol. eo.
¶Q uod mulieres excluſæ non augeant legittimam. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶Q uod ille qui reputat' pro mortuo nõ admittatur ad partem in ſucceſſionibus nec faciat partem. fol. eo.
¶Q uod bona ĩmobilia Vigleuani nõ poſſint alienari in nõ ſubditum etiam per uiam ultimæ uoluntatis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de Alimentis fol. xxxix
¶Rubrica generalis de Teſtamentis & ultimis uoluntatibus & ſolemnitatibus inſtrumentorum. fol. eo.
¶De ſolemnitatibus in donationibus ſeruandis. fol. eo.
¶De emancepatione. fol. eo.
¶De teſtibus adhibendis in quolibet inſtrumento. fol. eo.
¶Q uod quilibet alteri ſtipulari poſſit. fol. xl.
¶De ſolemnitatibus ſeruandis in alienationibus & obligationibus mulierum. fol. eo.
¶Rubrica generalis de ceſſionibus bonorũ & iurium. fol. eo.
¶De Ceſſionibus iurium. fol. eo.
¶Rubrica generalis de locatione & conductione. fol. xli.
¶De eodem. fol. eo.
¶De reſtitutione rei locatæ. fol. xlii.
¶De re locata quæ alienetur. fol. eo.
¶De melioramento facto ſuper fundo locato in quem debeat peruenire. fol. eo.
¶Q uod coloni teneant' ingraſſare terras & curare uineas. fol. eo.
¶Q ualiter fructus colonorum debeant diuidi inter eos. fol. eo.
¶Rubrica generalis de bonis ad cridas uendendis. fol. eo.
¶De ordine procedendi in cauſis cridarum. fol. xliii.
¶In quibus caſibus cridæ non noceant. fol. eo.
¶Ordo procedendi. fol. xliiii.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. xlv.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q uod in certis caſibus precium ſuccedat loco rei. fol. eo.
¶Rubrica generalis de re paterna luenda. fol. eo.
¶De eodem. fol. xlvi.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. xlvii.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de Collegio notariorum Ciuitatis Vigleuani, & de eorum officialibus. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De officio Abbatis. fol. eo.
¶De officio ſindici & Teſaurarii. fol. xlviii.
¶De officio Anciani. fol. eo.
¶De officio Cancellarii. fol. eo.
¶De iuramento officialium Collegii. fol. eo.
¶De pręæminentiis Abbatis & aliorum officialium. fol. eo.
¶De infamatis notariis regiſtrandis. fol. xlviii.
¶De notariis examinandis antequã recipiantur. fol. eo.
¶De ſacramento fiendo per notarios intrantes Collegium. fol. eo.
¶Q uod Notarii debeant ſe ſubſcribere in uno libro Collegii notariorum dictæ Ciuitatis tempore quo recipiuntur in Collegio. fol. eo.
¶De ſecundis notariis & eorum officio. fol. xlviiii
¶De Clericis & beneficiatis nõ admittendis. fol. eo.
¶De Imbreuiaturis notarii infamati cuſtodiendis. fol. eo.
¶Q uod nullus notarius de Collegio temptet aliquem de faciendo falſam ſcripturam. fol. eo.
¶Q uod notarii nõ poſſint cogi ad exhibendum imbreuiaturas ſuas. fol. eo.
¶De denuntiationibus fiendis extra iudicium. fol. l.
¶Q uod mortuo uno notario eius imbreuiaturæ dentur alteri. fol. eo.
¶Q uod nullus notarius teneat penes ſe inſtrumenta rogata per notariũ defunctũ ubi tractetur de ſuo intereſſe fol. eo.
¶De ordine ſeruando per notarios circa rogationem inſtrumentorum. fol. li.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q uod notarii dent inſtrumenta quibus intereſt. fol. eo.
¶De Inſtrumentis traditis per notarios non receptos. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶In quibus diebus instrumenta rogari non possunt. fol. eo.
¶De Transumptis fiendis. fol. lii.
¶De Taxatione mercedis faciendæ notariis pro rogatura & extractura instrumentorum. fol. eo.
¶De mercede rogaturæ instrumentorum. fol. eo.
¶De mercede fiēda notariis pro extractione instrumētorꝝ. fol. eo.
¶De eodem. fol. liii.
¶Ordinationes factæ pro solutionibus fiendis notariis banci iuris Cōmunis Vigleuani. fol. eo.
¶Rubrica generalis de iudice uictualium Communis Vigleuani & eius officio. fol. lv.
¶De pœna uendentium uictualias ultra prouisionem sibi dandam & dantium minus pensa & mensura. fol. lvi.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de molinariis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. lvii.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de Piscatoribus. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de fornaxariis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de falsis pensis & mensuris. fol. eo.
¶De eodem. fol. lviii.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Quod bubulci nō uadant super plaustris per Ciuitatē. fol. eo.
¶Rubrica generalis de bechariis. fol. eo.
¶De carnibus morbosis non uendendis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De rutto non tenendo super stratis. fol. lviiii
¶Rubrica generalis de iudice stratarum & eius officio. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de marosseriis. fol. eo.
¶De eodem. fol. lx.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem: fol. eo.
¶Rubrica generalis de mercatoribus lanarū & draporū. fol. eo.
¶Contra laborantes lanas uetitas. fol. eo.
¶Quod consules perquirant cōtrafacientes etiā de pœna illorꝝ q ꝓhibuerint & dixerint aliqua uerba cōsulibus. fol. lxi.
¶Contra drapos forenses non uendendos in Ciuitate Vigleuani. fol. eo.
¶Contra tenentes laboratores & exercitatores illicitos ad dictam artem. fol. eo.
¶Contra ementes lanas ab uno centanario infra sine licentia consulum artis. fol. eo.
¶Contra nō bullantes pānos & maxime garzatos. fol. lxii.
¶Contra consules bullantes drapos nō bullandos. fol. eo.
¶Quod consules teneantur artē lanæ fideliter exercere. fol. eo.
¶Quod consules reddant rationem cuilibet de quibuscunq; spectantibus dictæ arti. fol. eo.
¶Quod consules possint ius facere quibuscunq; committentibus fraudem in laborando drapos. fol. lxiii.
¶Quod pāni bassi sint ad minus in centanariis nouem & alti in centanariis. xviii. fol. eo.
¶De electione consilii & Consulum dictæ artis singulo anno fienda. fol. eo.
¶Contra uendentes drapos super sibio. fol. eo.
¶Contra facientes azias & ballas ponderis plus debito. fol. eo.
¶Quod quilibet possit laborare ad artem lanæ sine soluere aliquid paratico. fol. eo.
¶Contra falsificantes artem lanæ. fol. lxiiii.
¶Quod filoni teneantur satisdare in Ciuitate Vigleuani. fol. eo.
¶Quod stamina mercatorum Vigleuani possint ubiq; conduci sine dacio. fol. eo.
¶Contra tingentes drapos forenses. fol. eo.
¶Contra tinctores falsificatores ad tingendum drapos. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Quod quilibet incipiens artem lanæ faciat se scribere in libro paratici. fol. eo.
¶De modo tirandi drapos in clouería. fol. lxv.
¶Quod forenses non possint conducere drapos ad fabricandum in Vigleuano. fol. eo.
¶Quod non possit laborari lana deterior prouinciæ. fol. eo.
¶Contra textores. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Quod panni bassi non possint tirari in clodería. fol. eo.
¶Quod mercatores & textores teneant marchare drapos fol. eo.
¶Quod nullus possit uēdere lanā ab uno cēnanario infra. fol. lxvi.
¶Contra sguratores. fol. eo.
¶Quod quilibet citatus coram consulibus compareat. fol. eo.
¶Contra textores uendentes stropos. fol. eo.
¶Quod laborator teneatur notificare mercatori quando uult ab eo discedere. fol. eo.
¶Quod Potestas Vigleuani teneatur exequutioni demandare ordinationes consulum artis lanæ. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rnbrica generalis de oneribus. fol. lxvii.
¶De electione Reformatorum extimi. fol. lxvii.
¶De cridis fiendis pro notificatione bonorum. fol. eo.
¶De forma extimi conficiendi. fol. lxviii.
¶De mercimoniis extimandis. fol. eo.
¶Quod bona uendita ascribantur emptori & detrahantur uenditori. fol. eo.
¶De pœna non soluentis taleas. fol. lxix.
¶Quod nullus audeat priuilegiū imunitatis impetrare. fol. eo.
¶Quod pro aliquo debito pecuniario nō fiat diminutio extimi. fol. eo.
¶Quod nō compellantur ciues Vigleuani ad onera pro bonis eorꝫ in castris & uillis Cōmunitatis Vigleuani. fol. eo.
¶De nouis ciuibus fiendis. fol. lxx.
¶De solutionibus fiendis pro debitis pręteritis & futuris. fol. eo.
¶De solutione onerum imponendorum Ciuitati & Comitatui Vigleuani. fol. eo.
¶De oneribus inter curales diuidendis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Quod omnes de præsenti habitantes Vigleuani sint ciues. fol. eo.
¶Rubrica de obseruatione præsentium statutorū & annullatione ueterum. fol. lxxi.
¶De eodem. fol. eo.

¶Tabula ad inueniendum Rubricas tam generales quā speciales in hoc uolumine Statutorum Criminalium continentes, hæc est.

¶Rubrica de obseruatione præsentium statutorꝫ & annullatione antiquorum Statutorum criminalium. fol. lxxi.
¶Rubrica generalis de modo procedendi in causis criminalibus. fol. eo.
¶De eodem. fol. lxxii.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. lxxiii.
¶Rubrica de delictis in quibus ex officio Prætor & iusdicentes procedere possint. fol. eo.
¶Quomodo possit procedi contra nominatos uel inculpatos malefactores. fol. eo.
¶Rubrica de probationibus & testibus. fol. lxxiiii
¶Quod dies termini non computetur in termino. fol. eo.
¶De capitulis admittendis. fol. eo.
¶De testibus interrogandis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de tormentis, & questionibus. fol. eo.
¶In quibus casibus tortura fieri possit. fol. eo.
¶Quod in causis criminalibus consilium sapientis peti non possit. fol. eo.
¶A quibus sententiis criminalibus, non possit appellari. fol. eo.
¶Rubrica generalis, ꝗ Anciani teneantur denuntiare delicta. fol. eo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de pœnis. fol. eo.
¶Q uod nullus faciat homicidium. fol. eo.
¶De pœna uulnerantis & facientis rixam, & de uerbis iniuriosis. fol. lxxv.
¶De eodem. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Rubrica generalis de adulteriis, stupro, & uiolentiis. fol. lxxvi.
¶De cognoscente monialem. fol. eo.
¶De Sodomitis. fol. eo.
¶Rubrica de furtis & robaria. fol. eo.
¶De pœna cõmittentis robariam. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶De receptatoribus & emptoribus furtorũ, & robariarũ. fol. lxxvii
¶Rubrica de falsis testibus, & aliis falsitatibus. fol. eo.
¶Rubrica de falsa moneta, & tonsoribus eiusdem. fol. eo.
¶De pœna uendentes rem immobilem duobus. fol. lxxviii
¶De pœna ignem mittentibus. fol. eo.
¶Q uod nullus rumorẽ tumultũ cõuenticulam, siue turbam faciat in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani. fol. eo.
¶Rubrica generalis de Paracida, & Veneficis. fol. eo.
¶De eodem. fol. eo.
¶Q uod nullus contra Omnipotentẽ Deum blasfemet. fol. eo.
¶Q uod nullus debeat trãsire menia Ciuitatis Vigleuani. fol. eo.
¶Rubrica generalis de bãnitis, & receptatoribus bãnitorũ fol. lxxix
¶De eodem. fol. eo.
¶De minoribus puniendis. fol. eo.
¶Rubrica generalis de priuato carcere & aliis. fol. eo.
¶De priuato carcere. fol. eo.
¶De pœna tenentis aliquem inclusum, & qui non fecerit eum redimere. fol. eo.
¶De pœna tenentes aliquem ligatum, uel captum, & fecerit eum redimere. fol. eo.
¶De pœna illius, qui per metum fecerit aliquem redimere, & non tenuerit eum captum. fol. lxxx.
¶De pœna cõmittentis, uel cõmitti facientis, spoliationem in re imobili. fol. eo.
¶Rubrica generalis de ui molestatiua, turbatiua, uel inquietatiua possessione. fol. eo.
¶Q uod nulla persona corporaliter puniatur, nisi lege municipali caueatur. fol. eo.
¶Q uod agentes & consentientes eadem pœna puniantur fol. eo.
¶Q uod in omnibus comdemnationibus bonorum, sit saluum ius creditorum, & legitimæ. fol. eo.
¶De comdemnationibus fiendis. fol. lxxxi
¶De remissione fienda, per confessionem, uel pacem. fol. eo.
¶Rubrica generalis, de damno dato. fol. eo.
¶Damnificatus possit exigere duplum: fol. eo.
¶De satisdatione præstanda, de non offendendo. fol. lxxxii
¶De mutatione nominis. fol. eo.
¶De uerborum significatione. fol. eo.
¶Publicatio Statutorum. fol. eo.
¶Constitutio parochiarum Ciuitatis Vigleuani. fol. lxxxiii

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica de electione Domini Potestatis & eius salario.

POTESTAS Ciuitatis Vigleuani: qui per tempora per Illustrissimũ & Excellentissimũ Ducem nostrum deputabitur: habeat pro suo salario libras. VCC.XX. Imperialium singulo anno soluendas: per Cõmunitatem Ciuitatis predictę: singulis tribus mensibus: ad ratam prędicti salarii, sine aliqua dilatione, saluo q̃ per Thesaurarium Cõmunitatis: retineatur in ultimis tribus mensibus: salarium ipsorũ trium mensium: & hoc donec factus fuerit & completus sindicatus ipsius Potestatis & suorũ officialium. Quod tamen salarium eidem detur postquã absolutus fuerit a sindicatu, uel iudicatum executus fuerit, Qui Potestas eligendus ut supra: sit iure consultus, & habeat duos stipendiarios, siue collaterales, duos famulos, siue baruerios, qui non sint de Ciuitate Vigleuani neq̃ eius Comitatu, sub pœna retentionis salarii trium mensium, & q̃ non possint eligi aliqui prædictorum per prefactum Dominum Potestatem, qui sit bannitus de loco suę originis, uel domicilii, non admittaturq̃ ad possessionem officii ipse. D. Prætor, nisi prius fuerit admissus, a Reuerendissimo senatu Mediolani, & satisdederit de stando sindicatui in manibus Magnificorum Dominorũ Præsidis & Magistrorum extraordinarium.

¶De eodem.

POtestas Vigleuani pro prima iustitia tantũ, ubi qs uita priuet, habeat & habere debeat, libras Vigintiquinq̃ imperialium, a Cõmunitate Vigleuani, & ultra prędicta, & in prędcenti statuto cõtenta, nõ possit aliquid accipere, pro cõcernẽtibus eius officiũ, & exercitiũ iurisdictionis suę, dirrecte, nec p indirrectũ, nec alio quouismodo uel quęsito colore, etiã si causa fuerit delegata, sub pœna quadrupli eius quod acceperit uel quouismodo habuerit, & hoc

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ultra pœnas in ducalibus decretis contentas, cuius pœne medietas cædat accusatori, altera medietas Ducali fisco, & quilibet accusare possit, & credatur eius Iuramento, una cũ teste fidedigno & pro prædictis pœnis applicandis utsupra, fiat retentio super eius salario per Tesaurariũ Cõmunitatis prędictæ, saluo tamen, q; si contingat, prefactum. D. Prætorem accedere in rem præsentem alicuius controuersiæ extra territorium Ciuitatis Vigleuani, ultra uiaticum seu impensas cibarias, habeat libras quatuor Imperialiũ singulo die, intra autem ciuitatem habeat soldos uiginti.

¶De Iurisdictione Potestatis.

DRædictus Potestas Vigleuani habeat merum & mixtum imperium, & plenam iurisdictionem, in Ciuitate & Comitatu Vigleuani.

¶De forma sacramenti præstandi, per. D. Potestatem Vigleuani, & eius familia.

IVrabit. D. Potestas Vigleuani tempore introitus sui regiminis, in formam infrascriptam uidelicet, Iuro ego Potestas Vigleuani ad sancta Dei euangelia manibus corporaliter tactis scripturis, in manibus Reuerendi. D. Episcopi Ciuitatis Vigleuani, seu eius Vicarii, Q uod sum, & ero, fidelis, & amator, sanctæ Matris Ecclesiæ, & prælibati Illustrissimi & Excellentissimi. D. Ducis Mediolani, & Domini Vigleuani, & Cõmunis ac Hominum Vigleuani, & regam, ac custodiam, Q uod conseruabo, defendam, & manutenebo Cõmune, & homines, ac singulares personas Ciuitatis Comitatus & districtus Vigleuani, & præcipue, pupillos, uiduas, orphanos, & alias miserabiles personas, & eorũ bona, res, & iura, toto tempore mei regiminis bona fide, & sine fraude Et item recuperabo iurisdictiones, honores, iura & res ptinẽtia Cõmuni Vigleuani, meo posse remotis, odio, amore, prece & precio, iusticiam, ęqua lance ministrabo, & obseruabo, omnia statuta, & ordinamenta facta & quę fient tempore mei regiminis. De quo sacramento fiat publicum instrumentum.

¶Q uod officium prefacti Potestatis non duret ultra biennium.

OFficium prefacti Potestatis Vigleuani, suorũq; officialium, non duret, nec durare habeat, ultra biennium, & aliqua persona nõ possit, nec ualeat, proponere nec procurare, prorogationem dicti biennii, sub pœna Florenorũ Centum Cõmuni Vigleuani applicandorum.

¶Q uod Potestas eiusq; Vicarius nõ possit reddere ius conciuibus suis, neq; fideiussoribus suis.

POtestas Vigleuani & eius Vicarius non possint ad instantiam conciuium suorũ, uel fideiussorũ suorum nec alicuius eorũ, in eorum causis, iusdicere, in ciuilibus: & si contrafactum fuerit ipso iure, absq; aliqua Iudicis declaratione, sit nullius ualoris & momenti, quo ad concernenda utilitatem, & fauorem ipsorum conciuium & fideiussorum, nisi fuerit de expresso consensu partis aduersæ.

¶De Porta & hostiis Potestatis Vigleuani apertis tenendis.

UT liberius omnes homines habeant aditum ad Dominum Potestatem pro iusticia habenda Statuitur q; Dominus Potestas Vigleuani Teneatur facere & curare cum effectu, q; portæ & hostia pallatii suæ residentiæ omnibus pateant tota die sub pœna librarum decem imperialium Communi Vigleuani pro qualibet uice applicandarum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

De ſindicatu poteſtatis.

Vri & rationi cõuenit, Q uod quilibet rationẽ ſuę uilicationis reddere debeat. Ideo ſtatutũ eſt, q̃ finito officio Poteſtatis Vigleuani quã citius fieri poterit per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Ducem noſtrum ſiue eius R euerendiſſimum ſenatum eligatur unus ex Vicariis generalibus & per Collegium notariorum Ciuitatis Vigleuani eligantur duo procuratores probi & litterati: qui tres appellentur ſindicatores Poteſtatis Vigleuani & eius officialiũ ac familiæ, & habeant poteſtatem ac iuriſdictionem ac auctoritatem, audiendi, examinandi, & cognoſcendi, per ſe & ſine aliquo ſapientis conſilio quolibet die feriato, & non feriato, exceptis tamen feriatis in honorem Dei & eius ſanctoꝝ, de omnibus & ſingulis quæ per ſindicandos cõmiſſa dicerentur contra formã præſentiũ ſtatutoꝝ, & Ducalium Decretorũ, & contra honorẽ & debitũ officii ſui ac de omnibus & ſingulis per ipſos ſindicandos geſtis, & factis, ac adminiſtratis, & etiã de neglectis & ommiſſis, In eorum officiis, & generaliter de omnibus uiciis, fraudibus, & barataríis per eos ſindicandos uel aliquẽ ex eis cõmiſſis, In eoꝝ officiis uel eo durante: cum authoritate procedendi ſuper prædictis omnibus, & ueritatẽ reperiendi tam ex officio ſeu per inquiſitionem, uel per accuſam, querelã petitionẽ uel querimoniã, uel aliam ſimplicem notificationẽ, uel ſcripturã ipſis ſindicatoribus uel corã ipſis factis prout ipſis ſindicatoribus melius uidebitur & placuerit, & dato q̃ aliquis conqueri nollet de Poteſtate & officialibus ſuis: ipſi ſindicatores hoc aliunde indagare poſſent: & hoc reſpectu criminaliũ: reſpectu autem ciuiliũ procedere nõ poſſint niſi ad querelam partis. Et ulterius poſſint ipſi ſindicatores fieri facere cridas & ꝓclamationes in Ciuitate & Comitatu Vigleuani: & maxime in illis locis quæ ipſis ſindicatoribus uidebuntur opportuna: & hęc omnia sũmarie procedendo de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii, etiã ſine aliqua libelli uel petitionis datione littis, conteſtatione, uel quaſi ſola facti ueritate inſpecta, penitus iuris uel ſtatutorũ ſolẽnitate ommiſſa, Q ui Vicarius & ꝓcuratores eligendi utſupra ſindicatũ expediant in terminis inferius deſcriptis.

De modo procedendi in ſindicatu.

Eneantur ſindicatores electi utſupra prima die iuridica utſupra formare inquiſitionem generalem & illam intimare ſindicando: Q ui ſindicandus teneatur comparere perſonaliter coram pręfatis ſindicatoribus, & dictę inquiſitioni reſpondere affirmatiue uel negatiue, unicoq̃ conteſtu idonee fideiubere coram eis, de ſtando & parendo ſindicatui iudicatoq̃ ſoluendo, & de non recedendo a Ciuitate Vigleuani, ſine ſpeciali licentia ipſorum ſindicatorum & expedito prius ſindicatu factaq̃ ſatisfactione contentorũ in ſententia per eos proferenda, & hoc ſub ea pœna ducali fiſco applicanda, quæ ipſis ſindicatoribus uidebitur: & caſu quo fideiuſſorem idoneum ſindicandus præſtare noluerit, uel non potuerit, detineatur, donec idonee ſatisderit utſupra ſaluo tamen niſi alias dictus ſindicandus ſecundum formam præcedentium ſtatutorum idonee ſatisdediſſet & fideiuſſores adhuc etiam eſſent ſoluendo, de quorum fideiuſſorum habilitate, uel inhabilitate, ſtetur declarationi prefactorum ſindicatorum omni penitus appellatione querela uel nullitate remotis. Q uibus fideiuſſoribus datis, uel eo ſindicando detento utſupra, fiant cridæ in locis dictæ Ciuitatis Vigleuani publice, mandato ſindicatorum, Notificando, omnibus & quibuſcunq̃, Q ualiter incohatus erit ſindicatus prædictus, aſſignando terminum trium dierum habitantibns in Ciuitate Vigleuani, habitantibus uero extra dictam Ciuitatem, ſex dierum, ad dandum libellos querelas, contra ipſos ſindicandos cum termino decem dierum a termino cridarum factarũ incohandũ, ad probandum, & probatũ habendum per omne genus probationũ eis incumbentia: Habeantq̃ etiã dicti ſindicatores authoritatẽ terminũ probatoriũ prorogandi, per alios qnq̃ dies tantũ ſi eis uidebitur opportunũ, T eneanturq̃ ſindicatores ipſi poſt factã reſponſionẽ generali inquiſitioni utſupra, ſeu poſt terminũ aſſignatũ ipſi inquiſitioni, ad tardius infra triginta dies ipſum ſindicatũ expedire, & decidere nihilq̃ reſeruare poſſint expedieñ, niſi de ſpeciali licentia Illuſtriſſimi Ducis ſiue eius R euerẽdiſſimi ſenatus, Q ui Poteſtas & officiales tẽpore eoꝝ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſindicatus diſcedant a domibus Cõmunis Vigleuani, & habitent extra domos dicti Cõmunis, & ulterius eo ſindicatu durante, ſi contingat ſindicandum uel ſindicandos cõuentionẽ facere, cum hiis a quibus pecunias extorſerunt, uel iniuriã intullerunt, uel eiſdem pecunias ablatas inde reſtituere, teneant tamen ſindicatores ipſi, contra ipſos ſindicandos procedere, ac ſi cõuentio & reſtitutio factę nõ fuiſſent, incidantq; eandẽ pœnã ſindicandi, quã incidiſſent reſtitutione nõ facta uel cõuentione utſupra, A quoꝝ Dominoꝝ ſindicatorũ ſententiis latis in cauſis ſindicatũ & aliis que facta fuiſſe per eos reperiantur, tam in proceſſu quã aliter appellari, officiũ iudicis implorari. Q uerelari de nullitate dici, nec ſupplicari alio quouiſmodo, uel cauſa, dirrecte, nec per indirrectum eas retractari nõ liceat, neq; poſſit, ſed prout latæ fuerint exequutioni mittantur. Q ui ſindicatores nihil accipere poſſint pro eius ſalario, ſaluo Q uod procuratores eligendi utſupra habeant ſoldos. x. pro quolibet eorum & quolibet die a Cõmuni Vigleuani.

¶ Rubrica Generalis de electione dominoꝝ de Conſilio maiori, & aliis officialibus Cõmunitatis Ciuitatis Vigleuani.

UT negocia Cõmunitatis Ciuitatis Vigleuani eiuſq; Comitatus ad honorem Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Ducis, & utilitatem ipſius Ciuitatis, recte gubernentur, Statutũ eſt, q; Conſiliũ generale Ciuitatis prędictæ ſit ſexaginta uiroꝝ, qui uel eoꝝ pater, nati ſint in Ciuitate Vigleuani, & ad minus in ea habitauerint per uiginti annos. Q uod conſiliũ eligatur hoc modo uidelicet q; interueniente ſemper. D. Poreſtate Vigleuani eligant ad ſortes ſexdecim uiri quoꝝ quilibet poſſit eligere tres, modo nõ ſtent ad unũ panẽ & uinũ, cũ eligente, & de una quaq; prole nõ eligant niſi tres tantũ & ſi cõtinget plures tribus ex una prole eligi q; primo nominati remaneant de conſilio, liceatq; poſteriori bus electoribus alios nominare. Alios uero duodecim uſq; ad numerũ ſexaginta, Poteſtas Vigleuani eligere teneat, de melioribus, & utilioribus,

Ciuitatis prædictæ, & de illis qui electi non fuerint per ſortes utſupra. Q uod conſilium ſexaginta uirorũ, habeat Authoritatem poteſtatem & baliam in faciendo, tractando, & diſponendo, quam habet uel habere poſſet totum Cõmune & Ciuitas Vigleuani, & duret dictum conſulium per annũ unum tantum, Q ui Domini de conſilio teneantur facta de eis electione, iurare ad Santa Dei euangelia q; recte conſulent, & nõ propalabunt ea quæ agitabunt in conſilio, & q; eligent officiales, de melioribus & utilioribus dictæ Ciuitatis, ſub pœna periurii.

¶ De electione Dominoꝝ duoꝝ Conſulũ, & duodecim ſapientum prouiſionũ, Ciuitatis Vigleuani & eoꝝ officio.

PER Dominos Sexaginta de Conſilio, eligantur in principio anni ad ſortem, duo Conſules, & duodecim Sapientes qui uel eorum pater, nati ſint in Ciuitate Vigleuani, & ibidem per annos uiginti habitauerint. Q ui duodecim una cum dictis duobus Conſulibus, uocentur Pręſidentes Prouiſionũ Ciuitatis, & Comitatus Vigleuani, habeantq; per trimeſtre & habere debeant plenã & liberã authoritatem poteſtatẽ & facultatẽ prouidendi, ſtatuendi, ordinandi, diminuendi, mutandi, & addendi ad eoꝝ liberam uoluntatem, circa omnia & ſingula quæ eis uidebuntur concernere cõmodum & utilitatem dictæ Ciuitatis, & ulterius habeant authoritatem, locandi, & inueſtiendi ad tempus tantum, res immobiles & Iura Cõmunitatis Vigleuani, pro illis penſionibus, & illis perſonis, quibus melius eiſdem uidebitur, & placuerit, præcedentibus tamen licitatione & aliis de iure ſeruandis, in locatione bonorum Cõmunitatis habeantq; etiam in concernentibus utſupra authoritatem mulctandi, puniendi, quoſcunq; contrafacientes ordinibus & prouiſionibus factis uel per eos fiendis in illis pœnis pecuniariis quæ ſibi uidebuntur, modo non excedant Scuta uigintiquinq;, & applicentur Cõmuni Vigleuani pro duabus partibus ex tribus, & pro alia tertia accuſatori, aut officialibus, prout eis uidebitur, Non poſſint tamen dicti Præſidentes aliquid facere in concernentibus alienationem bono-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

rum immobilium, & iurium dictæ Cõmunitatis, nec acceptare aliquod onus, si quod decętero imponi contingerit Cõmunitati prædictæ, nisi cũ deliberatione Consilii Dominorꝫ sexaginta, nec etiam possint expendere, aut aliter disponere: de pecuniis dicti Cõmunis: nisi pro sũma librarũ uiginti quinq; pro singula uice, & ꝓ id quod ordinatum fuerit per dictos Præsidentes, seu duas partes ex eis executioni mittat. Et ꝓ consules pre-facti trimestus intelligant ipso iure & facto electi in numero dictorꝫ. xii. pro trimestri futuro, & sic successiue, & eligatur unus tantũ de una família, & habeant pro salario dicti consules florenos duos a soldis. xxxii. pro singulo eorũ pro singulo mense. Et ꝓ nullus possit recusare, quin sit de consilio & sapientibus utsupra postquã de eo facta erit electio, sub pœna Florenorꝫ decem ualoris utsupra Cõmuni Vigleuani applicandorum: Q ui. D. Præsidentes duodecim teneantur singula ebdomada saltẽ: per tres dies semel in die uidelicet die lunę: & semel in die iouis: & in die sabbati: se congregare in pallatio dicti Cõmunis: pro consulendo negocia: & prouisiones dictæ Cõmunitatis, assistente. D. Prætore: aut eius Vicario: uel Locumtenente: sub pœna nullitatis quorũcunq; agitandorꝫ, & indignationis Illustrissimi Principis, & quolibet die lune post nonas siue mercatum, Teneantur dare prouisionem pani uenali: & temporibus debitis carnibus uenalibus, & etiam teneantur facere omnes comdemnationes: quas facere contingerit contra quascunq; personas contrafacientes, ordinibus, & prouisionibus per eos factis: & fiendis, & ab eorꝫ comdemnationibus nõ possit appellari nec querelari, sed exequantur omnibus iuris remediis etiam per personalem detentionẽ, salua actione comdemnato: contra comdemnantes aut mulctantes prout iuris fuerit.

¶Q uod nullus possit seipsum eligere.

Tatutum etiã est ꝓ aliqua persona quæ habeat sortem eligendi in quacunq; electione fienda: nõ possit seipsum eligere, nec se eligi facere, ab eius consociis electoribus, & si contrafiat electio sit nullius ualoris & momenti.

¶De Sacramento. D. Consulum &. xii. Prouisionum Ciuitatis Vigleuani.

Vrabunt. D. Consules & duodecim prouisionũ Ciuitatis Vigleuani: tempore introitus sui officii: in manibus. D. Potestatis Vigleuani, ꝓ erunt fideles & legales prælibato Illustrissimo D. Duci, & patriæ Vigleuani ac Cõmuni Vigleuani, & ꝓ toto posse suo defendent iura iurisdictiones, & honores, prælibati. D. Ducis & Cõmunis Vigleuani: & ꝓ officium suũ recte fideliter & legaliter exercebunt.

¶De hiis qui prohibentur esse de Dominis Duodecim & de Consulibus.

VIlus Datiarius & participans in Datio cuiuscunq; Datii sit nõ possit esse Consul, nec ex Dominis Præsidentiũ prouisionũ Vigleuani, & si electus fuerit electio non ualeat.

¶Rubrica de forma celebrandi consilia.

N omni Consilio. D. Sexaginta, ac. D. Duodecim Domini Consules, qui per tempora erunt, teneantur inscriptis redigi facere per Cancellarium dicti Communis singulatim omnes præpostas, per eos fiendas in consilio, quæ præposta prius uulgarizetur in ipso consilio, antequã quis surgat ad consulendum super ea, & qui contrafecerit incurrat pœnã librarum quinque Imperialiũ pro singula uice, quæ statim exigantur sine processu, & ꝓ nullus de consilio possit consulere, nec audiatur, nisi accesserit ad locum deputatum audientiæ: ad quẽ locum nõ possit quis accedere ad consulendum ultra duas uices, super eadem re, sub pœna prædicta, & ꝓ nisi facta conclusione incæptæ præpostæ, nõ possit quis aliã præponere sub pœna prædicta. Et ulterius statuitur ꝓ in omni disceptatione, quæ oriatur in consilio tam Dominorꝫ Sexaginta, quã Dominorꝫ duodecim, ubi aliqui

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

teneant sic, & alii nō, & super ipso articulo petitum fuerit partitum, præfati Domini consiliarii teneantur ipsum partitum dare ad bussulas & ballottas, & ubi repertus fuerit maior numerus Ballotarū, seruetur & exequatur illa conclusio, & ita locū habeat. & nullus ponat palam ballotas in bussula, sub pœna librarum quinq; Imperialium, & q; in fine consilii omnes consiliarii, teneantur ibidem moram facere, donec per Cancellarium dicti Cōmunis, lectæ & uulgarizatæ fuerint omnes ordinationes factæ in ipso consilio, Et qui contrafecerit puniatur pœna prædicta applicanda Cōmunitati.

¶De pœna non uenientis ad consilium.

OMnes consiliarii, qui per tempora erunt, teneantur accedere ad consilia Immediate postquā pulsauerit ter campana quæ appellatur mulcta, sub pœna soldorū decem Imperialium, pro singulo & singula uice, & si quis esset Vigleuani in sero præcedenti, tempore quo pulsabit prima Campana consilii; non possit se excusare: quin incurrat dictam pœnā, si se absentauerit ante ipsum consilium, sine licentia. D. Potestatis uel. D. Consulū, Et similiter si quis se egrotauerit non excusetur nisi ante ipsum consiliū denuntiauerit. D. Consulibus talem egritudinem, & tamen ultra pœnam prædictam, possint renitentes cogi per. D. Potestatem ad accedendum ad ipsum consilium, per alias pœnas & mulctas arbitrio præfati Domini Potestatis secundum importantiam consilii & negocii in eo pertractandi: Dūmodo nō excedat libras quinq; imperialium, & q;. D. Consules teneantur sedere in ipso consilio iuxta D. Potestatē ad banchum inferius, inter quos sedeat cancellarius, & nullus alius de consilio, audeat sedere super dicto bancho, sub pœna soldorum. x. pro quolibet & qualibet uice. Et q; nullus de consilio audeat dicere, alicui uerba iniuriosa in ipso consilio, nec arma uetita ibidem portare, sub pœna librarum quinq; imperialium pro quolibet & qualibet uice applicandarū utsupra & ulterius Statuit, q; si quæ persona cuiusuis conditionis existat ausa fuerit uerba contumeliosa proferre cōtra. D. Con-

sules, quæ per tempora erunt in quouis loco durante tempore eorū officii puniatur in florenis. x. applicandis utsupra, pro quolibet & qualibet uice; & ultra arbitrio. D. Potestatis.

¶De electione extimatorū Cōmunis Vigleuani & forma seruanda, in extimationibus & eorum salario.

PER consilium generale Ciuitatis Vigleuani eligantur ad sortes duo extimatores qui sint ętatis annorū. xxx. ad minus, quorū officiū durare habeat per sex menses cōtinuos, nec possint dicti extimatores confirmari nec denuo constitui, nisi steterint per annū sine ipso munere extimandi, & facta ipsa electione, iurare teneantur in manibus. D. Potestatis Vigleuani, q; officiū extimandi exercebunt iuste & legaliter, & nō recipient aliquid dirrecte nec per indirrectum, nec alio quouismodo, pro extimationibus per eos fiendis, præter salariū ex forma prę sentium statutorū taxatum, coganturq; extimatores ipsi omnibus iuris remediis, etiam per personalem detentionē, acceptare cōmissiones sibi fiendas, per iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, & ipsas cōmissiones exequi: hancq; formā in extimationibus decętero fiendis seruare teneantur, Quod facta electione dictorū extimatorū per aliquos iusdicentes Ciuitatis Vigleuani Teneantur dicti extimatores antequā suas extimationes faciant, assumere in scriptis sūmarias informationes, Quas partes facere uoluerint, etiam ex officio si eisdem uidebitur, & rem oculis subiicere, si opus fuerit, uel per partes ipsas, uel alterā earum requisitū fuerit, in termino per iudicem eligentem statuendo de ualore & precio quas extimari continget, & demū extimationem ipsam clarā & destinctam facere. Et præmissa habeant locum nisi aliter inter partes cōuentum fuerit, Habeantq; dicti extimatores pro salario extimationū decętero fiendarū pro singulis ducatis Centū extimationis per eos faciendę in Ciuitate soldos decem pro singula parte, usq; ad sūmam ducatorū Centum, quę sūma salarii si multiplicata fuerit usq; ad ducatos decem, maior fieri nō possit, intelligendo q; si pro eadē re, plura loca, & plura bona, extimata fuerint

intelligatur sola extimatio & fiat unica solutio, & si contingat dictos exti
matores accedere ad extimandum extra Ciuitatem Vigleuani habeant
Duplũ, dũmodo nõ excedat ducatos decẽ ut supra, & ultra salariũ taxatũ,
expensas cibarias ac soldos. xxxii. pro singulo die quo steterint absentes,
eundo & redeundo, & pro tẽpore quo remanebunt firmi & morantes, ni-
hil petere possint, neq; habeant, præterquã expensas & salarium ut supra
Et si contrafecerint incurrant ipso iure & facto, pœnam librarum Quin-
quaginta imperialiũ Cõmuni Vigleuani applicandarũ pro medietate, &
pro medietate accusatori, cui credatur cũ iuramento & teste fidedigno.

¶De sindicis seu procuratoribus Communitatis Vigleuani.

Ligantur in singulis Calendis Ianuarii duo sindici seu procuratores de Collegio. D. Notariorꝫ Vigleuani per consiliũ generale, Qui habeant tutari & defendere causas Communitatis Vigleuani, & eorꝫ iura in concernentibus eorum officium, & habeant salariũ a Cõmuni Vigleuani librarũ. xxv. imperialium singulo anno, pro singulo eorꝫ & eorum officiũ duret per annũ.

¶De electione seruitorum Cõmunis. Vigleuani & eorꝫ officio.

ER Consilium generale in singulis Calendis Ianuarii, eligantur sex seruitores, quorꝫ officium per annũ duret, qui sint subditi Prætori Vigleuani, & natiui Ciuitatis prædictæ, Qui seruitores sic electi iurent ad Sancta Dei euangelia, in manibus prefacti. D. Potestatis ꝙ sunt & erunt fideles & ꝙ legaliter, & fideliter, facient omnes & singulas citationes, requisitiones præcepta & executiones, & quęcũq; alia ad eorꝫ officium spectantia, quæ eis uel alicui eorũ imponentur, per aliquem iusdicentem Ciuitatis Vigleuani, qui sic electi describantur per Cancellariũ Cõmunis, & teneantur, & debeant seruitores prædicti facere

omnes & singulas citationis, requisitiones, monitiones, & præcepta & executiones, & quæcunq; alia ad eorꝫ officium spectanda, & quæ eis uel alicui eorꝫ imponentur, per aliquem iusdicentẽ Ciuitatis Vigleuani siue imponantur ex officio tantũ iusdicentis uel ad requisitionẽ partis, & ꝙ eorũdem seruitorũ & cuiuslibet ipsorꝫ relationibus rerũ per eos uel alterum eorꝫ agitatarum plenissima fides adhibeat' modo tamen ipse relationes intra quinq; dies fiant, ad tardius in actis illius iusdicentis, de cuius mandato aliquid fecerint, aliter nõ ualeant, Teneanturq; prædicti seruitores asistere & seruire die noctuq; pro negociis Cõmunitatis peragendis, in pertinentibus ad officium suũ, fideiubeantq; antequã officiũ exerceant pro sũma florenorꝫ decem In manibus. D. Potestatis Vigleuani de exercendo legaliter officium suũ, & ulterius portare teneantur biretũ in capite pro medietate album & pro medietate rubeũ habeantq; pro singulo eorꝫ libras. imperialium singulo mense pro singulo eorꝫ per Cõmune Vigleuani persoluendas.

¶De tubatoribus Cõmunis Vigleuani.

Ligantur duo tubatores siue precones per consilium generale Vigleuani in Calendis Ianuarii, qui teneantur & debeant, facere omnes cridas & proclamationes, eisdem imponendas, per. D. Potestatẽ Vigleuani & iusdicentes dictę Ciuitatis, & pro eorum mercede habeant singulo mense, id quod eis taxatum fuerit & ordinatum per. D. Consules &. xii. prouisionum, uel maiorem partem eorum, Qui tubatores ut supra in ingressu sui officii iurent & iurare debeant, in manibus. D. Potestatis Vigleuani ꝙ cridas proclamationes, eisdem imponendas, recte legaliter facient, similiter earꝫ cridarum & proclamationum relationes, ad minus intra quinq; dies in manibus notarii illius iusdicentis, de cuius mandato proclamationes factæ fuerint, Quorum tubatorum relationibus plenissima fides adhibeatur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶De Cancellariis Cõmunis Vigleuani eligendis.

IN Calendis Ianuarii cuiuslibet anni, eligantur duo Cancellarii per consilium generale quoq; officinm annale sit Qui Cancellarii Cõmunitatis uocentur, qui habeant scribere acta ordinationes, consilia prouisiones & alia quæcunq; fienda, per consilium generale, Dominos Consules, &. xii. prouisionũ, uel alteros eoq; & in actis redigere, necnõ quæcunq; instrumenta pertinentia, ad Cõmune Vigleuani rogare & conficere, ac bulletas & libros rationũ secundum solitum, habeantq; salarium eis taxandum per consilium generale.

¶De rationatoribus Cõmunis Vigleuani.

ELigantur per consilium generale, singulo anno quattuor ciues Vigleuani, qui rationatores nuncupentur, quorum officium sit, uidere computa calcula & rationes Cõmunitatis Vigleuani, eaq; facere cum quibuscunq; Tesaurariis, asistentibus. D. Consulibus, qui pro tempore erunt si interuenire uoluerint, quorum calculis & supputationibus stetur habeantq; salarium a Commune Vigleuani, per Consules &. xii. prouisionum limitandum.

¶De Tesaurario Cõmunitatis.

PER prædictum consilium eligatur unus qui sit Tesaurarius Cõmunitatis Vigleuani, & eius officiũ duret per annum, qui ante introitum sui regiminis fideiubeat idonee, de ratione reddenda & de stando sindicatui singulo anno & sindicetur ut supra.

¶Rubrica generalis de legibus.

OMinus Potestas Vigleuani, omnesq; alii iurisdictionẽ exercentes in Ciuitate & Comitatu Vigleuani, & quilibet eorum, Teneantur & debeant obseruare omnia statuta Ciuitatis Vigleuani, Et quicunq; ex prędictis neglexerit, uel nõ obseruauerit ipso iure & facto, ultra pœnã in præsentibus statutis contentam, Cadat in pœnã librarum Quinquaginta imperialium, pro medietate Cõmuni Vigleuani applicandarum pro qualibet uice, & pro alia medietate accusatori; quę pœna possit exigi etiam durante oiffcio. Et præsentia statuta Ciuitatis & Comitatus Vigleuani inuiolabiliter per omnes obseruentur, & locũ habeant; etiã in quibuscunq; terris, castris, locis, & partibus & personis Ciuitatis districtus & Comitatus Vigleuani comprehensis, in priuilegiis ipsius Ciuitatis, & Comitatus; & ulterius statuta pręsentia afficiant, etiam & ligent forenses, ac eis prosint ratione bonorum sitorum in Ciuitate & Comitatu Vigleuani, nõ habita distinctione, q statuta loquantur in rem uel in personam.

¶Quod Rubricæ non disponant.

RUbricæ statutorum Cõmunis Vigleuani non disponant.

¶Quod statuta seruentur ad litteram.

VErba statutorum Cõmunis Vigleuani seruentur prout iacet littera.

¶Quod consuetudines aut stilli obseruari non debeant.

CONsuetudines aut stilli non alegentur, contra iura scripta, nec ad eas probandas recipiatur probatio, nisi quatenus hoc reperiatur iure municipali Vigleuani cautum, exceptis consuetudinibus approbatis per Glosam iuris Cõmunis.

HAYKOPAЗBIOTEKA OHY imeni I. MEЧНИКОВА

¶Quomodo ratione contractus uel bonorꝫ quis cõueniri possit.

QVilibet forensis, aut non subditus possit Vigleuani conueniri etiamꝫ ibi non reperiatur pro bonis quæ in Comitatu Vigleuani possideat, & pro contractibus in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani initis.

¶Quod ex possessione de præsenti uel præterito præsumat' dominiũ.

EX possessione de præsenti uel præterito præsumatur dominium possidentis nisi contrarium probetur, nec a possessione remoueatur, ubi de proprietate & dominio agi contingerit, nisi lata sententia quæ executionem mereatur.

¶Rubrica generalis de citationibus & in ius uocando.

OVia citationũ usus necessarius est, Ideo statutum est, ꝫ omnes citationes quæ decætero fient de mandato. D. Potestatis Vigleuani, & aliorꝫ officialium dictę Ciuitatis, etiam delegatorum, & arbitrorꝫ, seu arbitratorꝫ, fiant, & fieri debeant, in scriptis, contineantꝫ in se nomen Iudicis eius, ad cuius petitionem fit citatio, & citandi, habeatꝫ insertã causam, propter quã citandus, In ius uocatur, nom en seruitoris, ac notarii conficientis talem citationẽ, ac terminũ comparendi, & ꝫ prædicta nomina, & cognomina, distinctæ scribantur, & ꝫ tales citationes habeant termiuũ competentẽ comparendi, uidelicet si transmittantur in tertiis, terminus comparendi sit in uesperis, ad minus, & hoc intra Ciuitatẽ, & suburbia, Extra uero Ciuitatẽ & suburbia, nõ habeant citationes fiendæ minorem terminũ ad comparendum dierũ duorꝫ, & in citationibus semper inseratur hora comparendi in tertiis, siue in uesperis, & citationis copia, uel citato personaliter dimittatur, uel ad eius solitam habitationem, uel in loco, ubi alias citandus sit; Alias citationes factæ non seruata præsenti forma nõ ualeant, saluo ꝫ in causis a libris quinque imperialium infra, citationes fieri possint oretenus.

De modo

¶De modo citandi absentes.

OVia plerumꝫ contingit, aliquos se absentare, a Ciuitate uel Comitatu Vigleuani, cum tota familia, uel maiori parte familiæ, Ad tollendam omnem dubitationem, Statutum est, ꝫ talis absens pro qualibet causa publica uel priuata debeat requiri, & citari, ad domum ubi habitabat tempore absentationis, & publice in contrata, ubi sita sit ipsa domus, & ultra ad scalas Pallatii Communis Vigleuani, spacio octo dierum ad minus assignato, quæ citatio in tribus locis sic facta habeatur pro legitima & ualida citatione, & omnes processus contra taliter citatum facti ualeant, & teneant, ac executioni mittantur, ac si legitime, personaliter, esset citatus, Teneatur tamen seruitor copiam dictæ citationis consignare notario illius iudicis, & facere relationem, Inscriptis, eadem die, uel die sequenti.

¶De eo citando cuius porta reperitur clausa.

SI Quis non se absentauerit, a Ciuitate, & Comitatu Vigleuani, Sed Ianua seu porta domus habitationis reperiatur clausa, prima citatio fiat in hanc formam, ꝫ ea intimetur ad domum seu portam ipsam cum termino trium dierum citato ad comparendum, cuius citationis copiam teneatur seruitor dimittere Anciano, extimi dicti citati, & quæ citatio hoc modo facta habeatur pro legitima citatione.

¶De eodem.

SI uero aliquis absens fuerit, qui conueniri possit in Ciuitate Vigleuani, qui nõ habeat nec habere consueuit habitationem in Ciuitate nec Comitatu Vigleuani, possit citari hoc modo uidelicet, ad scalas Pallatii Ciuitatis Vigleuani, & ad fores ecclesię maioris Vigleuani sono tubæ præmisso hora tertiarũ aut uesperarũ uel circa

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

& ad locum bonorum immobilium si que habet dimissis cōpiis citationis
in quolibet dictorum locorum Citatoq; in formā suprascriptam assigne-
tur terminus octo dierum; ad comparendum coram iudice, per quem de-
creta erit citatio, & ad eligendum habitaculum ubi possit citari, occasio-
ne contentorum in dicta citatione, & si non comparuerit in dicto termi-
no, uel ubi comparuerit & habitaculum non elegerit, possit & debeat iu
dex, ex cuius parte fuit citatus eligere habitaculum, in quo talis absens ci
tari possit, ad quæcunq; expedientia, occasione contentorum in dicta ci-
tatione, & quę sequi possent ex ea, usq; ad sententiam inclusiue, & facta di
cta electione, possint omnia circa prædicta fieri & expediri, eo absente ci-
tato, ad locum electi habitaculi, sicuti possent tali citato pręsente uel per-
sonaliter citato.

¶ Vbi fieri debeant denuntiationes, oblatio-
nes & protestationes extraiudiciales.

Enuntiationes, oblationes, protestationes, extraiudiciales, fie-
ri possint, & debeant, personaliter, si adsunt, sinminus, in locis
ubi ex forma præsentium statutorum fieri debent citationes,
Sed teneantur denuntiantes & utsupra, ubi non habeant habitationem
in ciuitate, eligere habitaculum ubi possint eis fieri debitæ responsiones,
sub pœna nullitatis actuū.

¶ Rubrica Generalis, De tutoribus & curatoribus.

I decætero, contingat, litem uel questionem, moueri, cum ali-
quibus pupillis, minoribus furiosis, mentecaptis, uel cōtra hære
ditatē iacentē uentrē prægnantē, bona absentis, & similia, Statu
tū est q; omnes iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani a qbus da-
tio specialis curatoris petat ad litē pręmissam mouendā, imprimis curent
& diligenter aduertāt ut minoribus, pupillis, & utsupra, det seu deputet
tutor, seu curator generalis, seruatis seruandis, ex forma iuris & decreti in

hac materia æditi de anno. 1455. die. 24. Nouembris, Quod si datio seu
deputatio generalis cōmode fieri posse nō uideat tunc detur curator spe
cialis, ad quā dationem seu deputationē, uocentur prius agnati, ex proxi-
mioribus, qui nō excedant numerū senarium si erūt si minus cognati uel
alii attinentes, & specialiter hii ad quos tutella seu cura debetur, qui pre-
sentes sint, uel in territorio, ita q; cōmode haberi possint & si aliqui atti-
nentes nō essent, uocabuntur aliqui ex probioribus & ad id onus magis
aptis amicis & uicinis eius personæ, cui dandus est curator, seu parentū
eius & qui bona relinquere Quibus uocatis, terminus decem dierū sta-
tuatur, ad eam tutellā seu curā specialem ubi aliter cōmode fieri nō pos-
set, seruatis tamen seruandis ut supra, assumendam, & exercendā. Eo au-
tem termino elapso, & citatis nihil iuridicū nec q; eos legitime excuset a
tali tutella seu cura adducentibus, Tunc is cui huiusmodi tutella seu cu
ra demandata erit, & qui magis idoneus uisus erit, ad eā exercendam, in-
tra alios decem dies cogat omnibus iuris remediis promptioribus pœnis
& mulctis camerę applicandis, etiā per personalē detentionē, si expedierit
ad eā suscipiēdā utsupra, ne opus necessariū tergiuersationibus impediat
aut abnuat; Decernentes q; si aliquis ex agnatis aut cognatis citatis pro
tutella aut cura assumenda fuerit tutor seu curator seu tutrix aut cura-
trix & ad rem procrastinandā id denegauerit aut nō ꝓpallauerit, Quod
eo in casu nulla excusatione admissa ipso iure, incurrat pœnā libra; Cen
tum Cōmuni Vigleuani applicandarū & insuper reficiat expensas du-
plicatas passas pereum qui petierit tutorem uel curatorem dari, Verum
si minori tutor nec curator constitutus sit, & propter uarias excusationes
allatas per citatos ad assumendum tutellam seu curam, res ultra mentem
differatur, eo in casu etiam, ne preparatoriū iudicium longius sit prepara
to, liceat, iusdicenti, constituere quemlibet curatorem, qui tamen magis
aptus uideatur ipsi minori, modo in quolibet actu citetur ꝓximior agna-
tus ipsius minoris & eo non existente cognatus: & qui tutor uel cura-
tor generalis teneatur ad ea ad quæ tenetur ex forma iuris & decre-
ti super ea materia æditi, & pro fideiussione per generalem tutorem uel
curatorem præstanda, seruentur ea de quibus supra, pro fideiussione

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

uero per ſpeciales præſtanda bene uideant iuſdicentes, a quibus cura de-
cernenda erit, ſi facultas ipſius deputandi & fideiuſſores pręſtandi ſint pa
ris ualoris cauſæ minoris pupilli ſeu utſupra, & tales curatores ſpeciales
poſſint ea omnia agere, quæ curator ſpecialis legitime conſtitutus agere
poteſt: Eo addito ꝓ ſi interrogabuntur, an ii pro quibus curã gerunt uel
lint eſſe hæredes, uel nõ poſſint reſpondere eorũq; reſponſio admittat.
Q uæ tamen reſponſio uel ꝓnuntiatio quæ ſuper hoc in contumaciã uel
aliter fieri continget, nõ habeat effectũ aliquem niſi in ipſa cauſa a qua da
tione ſeu deputatione, nõ poſſit appellari, reclamari, aut de nullitate dici,
nec conſiliũ ſapientis ſuper ea peti, aut dari poſſit, ſed ꝓut facta fuerit fir-
ma maneat & executioni demandet. Eo addito ꝓ ſi huiuſmodi tutores,
uel curatores etiã ſpeciales, de expenſis litis ꝓuideri petierint ꝓ Iudex co
ram quo aget, tali curatore inſtante de ipſis expenſis ꝓuidere poſſit & de
beat, prout ſibi cõueniens uiſum fuerit. Inſuper ſtatuitur ꝓ iuſdicentes
coram quibus prædictæ dationes, ſeu deputationes, tutorũ ſeu curatorũ
fient pręmiſſos terminos reſtringere & breuiores facere ualeant, ſi eis ex-
pedire uidebitur, Q uod ſtatutũ ad unguem & præciſe ſeruetur.

¶Q uod debitor & creditor pupilli poſſit eſſe tutor teſtamentarius.

Ebitor & etiã creditor pupilli poſſit eſſe tutor teſtamentarius
ipſius pupilli, debitoris uel creditoris: nec propterea ſe ualeat
excuſare, teneatur tamen antequã ſe imiſceat adminiſtrationi
tutellæ manifeſtare creditũ ſuũ, in præſentia alicuius, uel aliquo-
ximioribus pupilli, & nihilominus etiã poſtea debeat, illud inſerere in re
pertorio, quod faciet: alias cecidiſſe intelligat a iure ſui crediti.

¶De fide danda tutori ſeu curatori pro expenſis.

Ides detur libro tutoris, ſeu curatoris, & quondã tutoris, ſeu cu
ratoris, de expenſis factis pro minore, niſi ubi & quatenus illę
expenſæ uideantur iudici eſſe ſuſpectæ

¶Q uod tutor ſeu curator, poſſit compelli ad rationem, durante tutella & cura.

Vilibet tutor, ſeu curator, poſſit compelli, ad exhibitionem li-
brorum rationis, & ad rationem reddendam durante tutella
& cura, de rebus minorum, ubi Iudici ęquũ uidebitur & ex-
pedire, pro utilitate minorum.

¶Rubrica generalis de Iudiciis.

IL magis conuenit utilitati Ciuitatis, & bono publico, quã
ꝓ cauſæ recto tramite tractentur, & Intra tempus præfixum
finẽ habeant, Ea propter ſtatutum eſt ꝓ omnes cauſæ ordi-
nariæ cuiuſcunq; generis ſint, Inſtantiam quadraginta die-
rum utilium habeant, nec ultra durare poſſint, Q ui dies incipient peti-
tione porrecta, & in actis dimiſſa, & parti legitime intimata, ubi per uiam
libelli uel petitionis proceditur (, Q ui libellus, uel petitio, qualiſcunq; ſit
dummodo ſit tollerabilis admittatur, & admiſſa intelligatur, ipſo iure, &
tollerabilis eſſe intelligatur ſi contineat perſonam actoris, & rei, Q uan-
titatemq;, & rem, ſeu ius, quę petuntur & cauſam petitionis): & a die con
tradictionis, ſeu comparitionis oppoſitionis, ſeu querelæ, notificatæ par-
ti, ubi per uiam contradictionis, comparitionis, oppoſitionis, ſeu quere-
læ proceditur.

¶De eodem.

VA petitione porrecta, & in actis dimiſſa, in cauſa principali, &
parti notificata utſupra, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur ipſo iu-
re, terminus reo, unius diei utilis, immediate ſequentis, deliberandi, & re-
ſpondendi, ipſi petitioni, Q uo termino elapſo ſiue reus reſponderit ſiue
nõ, lis habeat pro conteſtata, & elapſo termino de quoſupra, uel cõtradi
ctione legitime facta, ubi per uiã cõparitionis, petitionis, uel querelæ, ꝓce
dit, ſtatim ſtatutus ſit: & eſſe intelligat utriq; parti, actori ſcilicet & reo

HAYKOВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

terminus qndecim dierꝝ utiliũ, excipiendi, opponendi petendi, & ꝓbandi, per omne genus probationum, ac producendi, & ostendendi quicquid dictæ partes, & quelibet earum uoluerit producere in dicta causa post quem terminũ elapsum immediate statutus sit & esse intelligatur, utriq; parti terminus, decem dierum utilium reprobandi & impugnandi quæcunq; producta probata, & ostensa in dicto termino probatorio, & si aliqua partium produxerit capitula tendentia ad reprobandum probata & producta per alteram partem in primo termino probatorio tunc liceat illi parti, contra quam producta fuerint, & cuilibet alteri cuius interest, coadiuuare, & coroborare, per legitimas probationes per eos probata & deducta, in primo termino, Quibus terminis finit is omnia intelligantur, & sint ipso iure publicata, & processus publicatus esse intelligatur, & prædicta & infrascrita obseruentur etiam in causis delegatis per litteras ducales.

¶Quod exceptiones sint saluæ in fine litis.

¶T autem littibus quantum sit possibile occurratur ne processus differantur, Statutum est ꝙ omnes exceptiones, replicationes, triplicationes, dilatoriæ, & declinatorie peremptoriæ, & aliq cuiuscunq; generis sint, & maneriei, de quibus non sit cognitum, nec decisum, inter partes, sint saluæ unicuiq; parti, in fine litis, & intelligatur cognitum & decisum per sententiam, uel arbitramenta quæ in rem iudicatam transierint, uel emolegata fuerint per partes, uel per transactionẽ iuratam uel per iuramentum a parte parti delatum, & præstitum, uel habitum pro relato, & exinde per partem iurato immo ad tollendam tergiuersationem Statuitur, ꝙ non liceat alicui iudici, ante finem processus super talibus exceptionibus & utsupra, etiam si tales essent quæ impedirent litis ingressum, cognoscere, nec pronuntiare, sub pœna nullitatis quorũcunq; agitandorum aut pronuntiandorũ.

¶In quibus causis sũmarie procedatur.

¶Potestas Vigleuani, & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani possint & ualeant procedere, cognoscere, & diffinire, sũmarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, omni solẽnitate iuris & statutorꝝ, respicientiũ ordinẽ tantũ procedendi ommissa, in & sup qualibet causa, lite, & questione quę mouebit, de & sup qualibet quãtitate, quę sit librarꝝ x. Imperialiũ, & abinde infra, siue in pecunia, siue in rebus, necnõ in causis alimentorꝝ, & legatorꝝ factorꝝ ad pias causas, ac mercedum laboratorum, ad quãcunq; sũmam ascendant & in istis casibus possit procedi, quolibet die etiã feriato, nõ Introducto tamen in honorẽ Dei & sanctorꝝ, ita tamen ꝙ consiliũ sapientis detur, ubi sũmã librarũ. x. Imperialiũ causa excedat, secundum formã statuti de quo infra, fiatq; in predictis causis a libris. x. infra executio nõ obstante quacunq; appellatione interponenda.

¶De ordine procedendi in causis sũmariis.

¶Causæ sũmarię quæ de iure uel ex forma præsentiũ statutorꝝ sũmariæ sunt, habeant & habere intalligant, instantiã triginta dierum utiliũ, quorꝝ ipso iure & facto, a die litis contestatæ uel habitæ pro contestata, intelligant actori assignari sex dies utiles ad petendũ & probandũ per omne genus probationũ, & ad producendũ, & ostendendũ quicquid uoluerit in dicta causa sũmaria. Quo termino elapso intelligatur ipso iure statutus similis terminus reo, ad probandũ & impugnandũ probata, per omne genus probationũ, & ad ꝓducendũ & faciendũ sibi incũbentia Postquã terminus similiter dierũ sex utiliũ, intelligat utriq; parti statutus, ad reprobandũ, & impugnandũ, ac coadiuuandũ Quęcunq; ꝓbata, & ostensa, in dictis terminis per dictas partes uel alterã earũ. Sit etiã in facultate iudicis in dictis causis sũmariis, terminos prædictos ꝓbatorios & reprobatorios abreuiare, inspecta qualitate personarũ & facti, a qua abreuiatione per aliquã partium appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate dici, nec consilium sapientis peti, possit.

HAYKOBEBIOTEKA OHY IMENI I. MECHNIKOVA

¶De eodem.

QOstquę omnia Potestas, siue Iusdicens, teneatur infra duos dies utiles, ad requisitionem partium, seu alterius earꝝ Cõmittere ipsam litem, causam, uel questionẽ; aut controuersiã uni Iuris perito partiũ confidenti, uel unius in contumaciã alterius, in Ciuitate Vigleuani, si extabunt doctores sin minus in Ciuitate propinquiori, & peto ipso consilio sapientis, Potestas & iusdicens nõ possit proferre sententiam diffinitiuam, sine ipso consilio sapientis, Aliter ipsa sententia sit ipso iure nulla qui confidens omnibus iuris remediis, teneat ipsam cõmissionem statim acceptare, & cui confidenti, partes ipsæ intra quatriduũ deferri faciant, processus causæ, & omnia acta agitata & producta in litte & causa prędicta, Quibus uisis & diligenter per dictum confidentem consyderatis, & auditis allegationibus, quæ corã eo fieri uoluerint per partes, & earũ aduocatos, teneatur & debeat dictus cõmissarius, præsentare uel præsentari facere consilium suũ in scriptis, eius manu propria subscriptum, super questione sibi cõmissa, ad banchũ iusdicentis corã quo questio prędicta uerterur, ante finẽ quadraginta & triginta dierũ utilium debite referendo, de qua presentatione fiat subscriptio, super dicto consilio manu notarii causæ, per quem & qua die præsentatũ fuerit, & idem fiat in actis dictæ causæ, ita ꝙ iusdicens iuxta formã dicti consilii teneatur suam diffinitiuã sententiam proferre, super questione prædicta, infra terminum prædictum, Quæ ꝓnuntiatio facta esse intelligatur ipso iure, si iudex eã ommisserit ꝓferre & publicare utsupra, Possit tamen dictus iusdicens dictam quæstionẽ cognoscere, decidere, & terminare, infra dictum terminũ per se tantũ, & absq; aliquo cõmissario eligendo, si fuerit de partiũ uoluntate, quo casu iurare teneat & in actis scribat proutsupra in sacramento cõmissario continet, mutatis mutandis, & ꝙ dictus iusdicens nullũ possit recipere salarium seu emolumentũ, sub pœna quadrupli, de quo possit & debeat etiam sindicari.

¶De Sapientibus dandis.

IN qualibet causa ordinaria uel sũmaria uertente & quæ uerti cõtinget in Ciuitate & Comitatu Vigleuani. Teneat quilibet iusdicens etiam si fuerit delegatus, omni remota exceptione si petitum fuerit consiliũ sapientis per aliquã partiũ Causam ipsam cõmittere partiũ confidenti, uel unius in contumacia alterius, in Ciuitate Vigleuani, si doctores extabunt, sinminus in Ciuitate ꝓximiori, elapsis terminis ꝓbationũ secundum formã precedenti statutis, quod si dictus iusdicens, denegato consilio sapientis uel nõ dato, sententiam difinitiuã protulerit ea sententia eo modo prolata, sit ipso iure & absq; alia declaratione nulla, & nõ ualeat nec teneat, Et ulterius iusdicens, nõ dans uel denegans puniatur in libris Quinquaginta imperialiũ Cõmuni Vigleuani applicandum, quæ pœna possit etiã exigi durante eius officio, & super salario retineri, & hoc statutũ præcise & ad unguem obseruet, saluo pręterquã ꝙ nõ habeat locum in causis ciuilibus ubi per statuta præsentia sit sublatum consilium sapientis, & in causis a libris quinquaginta imperialiũ infra, nec in causis criminalibus, nec in causis datiariis, & ducalis camerę, & Cõmunis Vigleuani.

¶De Capitulis admittendis.

CApitula, seu articuli intentionũ, admittantur & admissa sint ipso iure, etiã ꝙ diceretur ea esse notorie impertinentia & sup eis testes recipiant, saluo iure impertinentiũ & nõ admittendorũ, in fine litis disputandorũ, & saluo iure, opponendi contra personas & dicta testiũ, nõ obstante statuto de sapientibus dandis, dũtamen capitula intentionũ debito tempore ꝓducantur.

¶Quod uictus uictori comdẽnetur in expensis.

IN omnibus & quibuscunq; causis uictus uictori comdemnetur in expensis.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶De satisdatione præstanda per non suppositum. I.

SI quis nõ suppositus de iure iurisdictioni.D. Prętoris Vigleuã ni,cõuenerit aliquẽ suppositũ iurisdictioni prefacti. D Potestatis; Teneat,idonee satisdare,antequã audiat,de expensis restituendis si succubuerit in causa,& de omni pœna soluenda in quã incurret occasione cõtumacię,seu inobedientię & de nõ declinando forꝯ,occasione præmissarũ expensarũ & pœnarũ,& si reconueniatur dato prius libello & præstito sacramento per reconuenientem ꝙ nõ animo caluũniandi fit recõuentio,teneatur dictus nõ suppositus recõuentus,etiam satisdare,de Iuditio sisti & iudicato soluendo,alioquin ab agendo repellat, Idẽ etiam habeat locũ in nõ supposito qui comparuerit corã iudice,pro suo interesse,uel alio modo ad contradicendum uel ad suscipiendũ defensionem alicuius rei, Et idem etiã babeat locũ,in quolibet nõ supposito,petente executionẽ fieri contra suppositũ utsupra,corã quocunq; iusdicente uel officiali;Q uę tamen omnia nõ procedant ubi nõ suppositus possideat in territorio Vigleuani bona immobilia equiualentia: ualori causæ recõuentionis aut expensarum supra dictarum.

¶Q uod mulieres causantes satisdare habeant.

MVlier quæ habet maritũ,& cũ marito habitet,si contingat eã mouere questionẽ,contra aliquã personã,cõmune,colegiũ,& uniuersitatem,antequã procedat in causa,idonee satisdet,de expensis quæ fient in causa restituendis,si succubuerit in causa,Q uæ habeant locũ & seruent in ea muliere,quæ habilis fuerit ad satisdandũ,& an sit habilis uel inhabilis stetur arbitrio iusdicentis.

¶De electione habitaculi fienda per illos qui habitant extra Ciuitatem Vigleuani.

OMnes & singuli habitantes,& qui per tempora habitabunt extra Ciuitatem & suburbia Vigleuani,uolentes causare in Ciuitate

Vigleuani,uel aliquos actus iudiciales facere,uel aliquas denuntiationes,protestationes oblationes,etiam extraiudiciales teneantur sub pœna nullitatis quorũcunq; agitandoꝯ,per prius eligere habitaculum in præsenti Ciuitate Vigleuani,ubi possint & ualeant citari,& requiri,ad instantiam aduersarii uel aduersariorũ suorũ,& etiam ubi possint fieri responsiones & replicationes,denuntiationũ,oblationum & protestationũ,quæ per eos fieri contingerit aliter ꝓcessus factus nõ ualeat nec teneat,Idem habeat locũ in reo comparente ad cõtradicendum,opponendum,uel reconueniendum Idem etiã in tertio comparente,ratione sui iuris utsupra, saluo ꝙ si reus ipse uel tertius per procuratorẽ habitantẽ in Ciuitate Vigleuani comparuerit,Q ui legitimũ mandatũ det,habitaculũ eligere nõ teneatur.

¶Q uod acta causę habeant pro productis.

ACta cuiuslibet causæ,habeantur ipso iure pro productis,in illa causa in qua fuerint agitata,& ꝙ etiã acta facta in causa principali & sententia,intelligant producta in causa appellationis,& eodem modo in causa querelæ,nullitatis,& cuiuslibet,grauaminis,& etiã acta & actitata in causa principali,& primæ appellationis,ipso iure pro productis habeant in illa appellatione,& eodẽ modo in causa cuiuslibet legitimæ appositionis,& acta facta in causa cuiuslibet compromissi,ipso iure habeantur pro productis in causa reuisionis,& eodẽ modo acta facta in causa cuiuslibet reuisionis,& etiã arbitramenta una cũ actitatis in prima causa compromissi ipso iure habeant pro ꝓductis in causa cuiuslibet appellationis succedaneæ. I.

¶De iure reddendo ex instrumento.

SI quis comparuerit corã. D. Potestate Vigleuani & iusdicentibus Ciuitatis & Comitatus prædicti,ac ostendiderit aliquid se habere debere per publicum instrumentũ quod libras decem imperialiũ excedat,ac petierit ipsius instrumenti executionẽ contra debitorem,uel fideiussorẽ,uel eoꝯ uel alicuius eoꝯ hęredem,facta tamen fide

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

sũmarie q̃ sit hęres, teneat & debeat qlibet iusdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani cõcedere præceptũ, creditori intimãdũ debitori, seu hæredũ utsupra, aut fideiussori utsupra, effectus ut infra qndecim dies soluant & soluisse debeãt creditori, sũmã in instrumento cõtentã cũ expensis & interesse legitimis, aut probent quicquid uellint per omne genus p̃bationũ quare soluere nõ teneantur, Q ui tamen terminus nõ currat nisi facta productione de instrumento, de quo in præcepto fiet mentio, Q uo termino elapso & debitore uel eius hærede aut fideiussore utsupra, testes uel alia iura nõ p̃ducente, teneant. D. Potestas & iusdicentes utsupra omni appellatione remota, nõ admissa etiã petitione consilii sapientis, Concedere creditori executionẽ contra debitorem realem & etiã personalem in casibus in quibus personalis concedi ex forma pręsentiũ statutorũ potest, & hoc si creditor uoluerit dictã executionẽ utsupra impetrare, si uero maluerit sibi satisfieri per dationem insolutum bonorũ mobilium aut se mouentium, uel immobiliũ debitoris sui teneant. Potestas & iusdicentes ad eius requisitionem facere præceptum debitori uel hæredi aut fideiussori utsupra, ad portandum in scriptis omnia eius bona tam mobilia quã immobilia ac se mouentia infra tres dies p̃xime sequuturos, sub pœna librarũ. xxv. Imperialiũ Cõmuni Vigleuani applicanda, Q ua p̃pallatione facta, fiat datio insolutum creditori, de dictis bonis in eius electione, pro concurrenti quantitate crediti sui ac expensarũ & interesse legitime pręuia tamen extimatione fienda per extimatores Cõmunis Vigleuani uel per duos cõmunes amicos cõmuniter eligendos: Q uæ datio insolutũ si de bonis immobilibus fiat, liceat debitori & eius hæredi & ut supra ea bona infra annũ & diem, eodem precio redimere, & solutis omnibus melioramentis necessariis in re factis. Si uero talis debitor hæres, uel fideiussor utsupra in termino per Iudicẽ statuendo, nõ dederit in scriptis utsupra, possint & teneant. D. Potestas & iusdicentes utsupra ad requisitionem creditoris, in contumaciã uel renitentiã utsupra, præuia semper extimatione utsupra, dare de bonis debitoris & utsupra creditori in eius electione utsupra, & eo in casu debitor nõ habeat actionẽ uel facultatem redimendi intra annũ & diem utsupra: Eo tamen adito q̃ si satisfacto creditore modis pręmissis liceat debitori infra. xxx. dies utiles a die satisfactionis cõnumerandos ostendere se debitũ soluisse & ubi id p̃bauerit teneat creditor si in eius persona creditũ causatũ fuerit, ad restituendũ duplum eius quod exegerit, Alias uero teneat ad simplum nisi appareat ipsum sciuisse ipsum debitũ fuisse solutum: Si uero debitor uel fideiussor aut eius hæres, testes uel aliqua iura in dicto termino quindecim dierũ produxerit Tunc & eo casu liceat creditori infra decem dies tunc p̃xime & immediate sequentes probare, & coadiuuare eius intentionẽ, & deducta in præcepto sibi cõcesso, necnõ impugnare contra eũ producta, uel probata, per debitorem uel fideiussorẽ uel eius hæredem, qui terminus decem dierũ sit etiã debitori cõmunis, istisq̃ casibus ubi probationes fiant per testes uel instrumenta utsupra, si per alterã partium petat consiliũ sapientis, Iudex assumere teneat, confidentis partiũ uel unius in contumaciã uel renitentiam alterius & causa ipsa iuxta illud consiliũ expediat, intra alios decem dies ad tardius, a qua sententia tamen, appellari & de nullitate dici possit & in causa ipsius appellationis & utsupra procedi.

¶ De iure reddendo ex debitis apparentibus per scripturã priuatã.

EDem in omnibus seruet in creditoribus ex priuata scriptura per prius tamen ipsa priuata scriptura uerificata, & nõ aliter.

¶ De iure reddendo, a libris decem imperialium infra.

IN causis nõ excedentibus sũmam librarũ decem imperialium D. Prætor & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, sũmarie sine figura iudicii & ipsa facti ueritate inspecta procedant consilio sapientis nõ admisso, & omni appellatione remota & constito de credito per confessionẽ partis, aut per sũmarias informationes etiã oretenus, parte tamen citata assumendas teneat iusdicens debitori statuere terminũ qui decem dies nõ excedat ad soluendũ in pecunia inumerata creditori, quo termino elapso & debitore nõ satisfaciente utsupra cõ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cedatur executio realis & personalis in casibus in qbus personalis ex for
ma præsentium statutorꝝ concedi potest, Si uero debitor nō comparuerit
facta relatione per seruitorem Cōmunis prædicti trina uice, per tres dies,
ponatur in contumaciā & concedat licentia contra eū utsupra, & ponat
in banno applicando dictæ Cōmunitati pro prima uice in soldo uno im-
perialiū, pro secūda uice in soldis duobus & pro tertia in soldis sex: quar-
ta uero die iuret debitum in contumaciā & habeat pro uero debito, usq;
ad sūmā librarum decem imperialium, & nō ultra.

¶De nominatione testium iurium uel scripturarū existentium extra Comitatum Vigleuani.

SI in aliqua causa ciuili una partiū nominauerit aliquos testes
per nomina & cognomina & loca in qbus habitant, uel instru-
menta aut scripturas, quos uel quas asseruerit habere extra Co
mitatū Vigleuani & eis uel aliquo eorꝝ indigere ad ꝓbationem sui iuris,
in ipsa causa, idq; per se uel procuratorem suū generalem iurauerit, q; per
malitiam talem nominationē nō faciat: Sed credens eis nominatis uel ali-
quo eorꝝ indigere ad ꝓbationem sui iuris, Tunc quilibet iusdicens etiam
arbiter uel arbitrator, corā quo uerteret talis causa, teneat ac debeat tali
nominanti statuere terminū competentem qui. xxx. dies utiles nō exce-
dat ad ꝓbandum per ipsos testes nominatos & attestationes ipsorꝝ testiū
præsentandum: & ad ꝓducendum iura & instrumenta nominata corā ip-
so iudice uel utsupra. Quo termino durante: nō currat terminus uel in-
stantia causæ nisi quo ad ꝓbationes præsentes faciendas, per utramq; par
tem Quæ tamen nominatio nō admittat per iudicem nisi fiat, saltem per
quinq; dies utiles ante finē termini ꝓbandi uel reprobandi, & durante di-
cto termino dato ei qui nominasset utsupra possit etiā pars aduersa si uo-
luerit, ad oppositū facere nominationē testium scripturarꝝ, uel instrumen
torꝝ, quas seu quæ dicat se habere extra Comitatū Vigleuani, & eis uel ali
quo eorꝝ indigere, & ita iurauerit utsupra: Cui detur terminus restans al-
teri parti utsupra, & nō ultra dūmodo iste secundus nominans, hanc suā

nominationē faciat ante lapsum dimidii temporis & termini dati alteri pri
mo loco nominanti: Qua nominatione sic facta per aliquā uel utramq;
partē utsupra, eidē nihil possit addi, nec aliqua nominatio de nouo fieri.

¶De re, littigiosa non alienanda.

LIte cōtestata, uel habita pro cōtestata, in causis ciuilibus, quā-
do agitur actione reali uel mixta uel ypotecharia uel alia qua-
uis, in causa principali uel appellationis, non liceat reo, rem de
qua agitur alienare, nec aliquē contractū nec distractū dominii uel pos-
sessionis ipsius rei inter uiuos uoluntarie facere, & si contrafactū fuerit in
aliquo utsupra, sit ipso iure nullū, & pro nullo ac infecto habeat, & taliter
alienans possit comdēnari ac si possideret, & comdēnatione facta possit fie
ri executio contra possidentē ac si ipse comdēnatus fuisset. Idem etiā ha-
beat locū ante littem cōtestatā, casu quo quis interroget si teneat ac pos-
sideat rem, & respondeat tenere & possidere uel in contumaciā interroga
tio facta, pro confessa & confessata habita sit.

¶Quod nominans dominum in iudicio, non eximatur de Iudicio nisi in casu &c.

SI aliqua persona Cōmunitas uel uniuersitas possidens uel deti
nens aliquā rem conueniatur occasione ipsius rei: actione reali
mixta uel ypotecharia, uel quauis actione & nominauerit do-
minū in iudicio, nō eximat de iudicio: nisi nominatus uel uolens defen-
dere susceperit in se iuditium, corā illo iusdicente corā quo iuditiū agitat
& nō possit alicui dicere ego sum paratus defendere corā iudice meo: Sed
procedat contra detinentem & nisi nominans ac nominatus Iurauerit q;
nominatio & susceptio nō fit per malitiā.

¶De ætate legitima.

QVilibet Ciuitatis & Comitatus Vigleuani habere intelligat æta
tem legitimā in iuditiis ex quo habuerit annos decemocto com-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pletos, In omnibus autē aliis casibus etiā ꝗ tractet de alienatione rei immobilis, ex quo habuerit annos uiginti completos, saluo ꝗ in ultimis uoluntatibus respectu ætatis dumtaxat, seruetur dispositio iuris cōmunis.

¶De fideiussore exonerando.

AD petitionem eius, qui pro alio fuit uel erit fideiussor, pro quacunq; re uel intercessor, uel etiā principalem debitorem se constituendo aut eius hæredis, Teneat & debeat Potestas Vigleuani, & quilibet iusdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, facere præceptum debitori, ut infra triginta dies ipsum fideiussorem & ut supra, ab ipsis fideiussionibus & obligationibus & ab omni grauamine liberet, & exoneret, quod si facere neglexerit, Cogatur realiter & personaliter ad uoluntatem ipsius fideiussoris, uel eius hæredis, sic facere & curare ꝗ integraliter satisfaciet creditori de debito, & ipse fideiussor & ut supra ab obligatione & ꝓmissione penitus liberetur, procedendo sūmarie, sine libelli datione, & petitione inscriptis sine strepitu & figura iudicii, sine consilio sapientis, & appellatione remota, & intelligatur fideiussor tam in prę senti statuto, quā proxime sequentibus ille qui pro alio quomodocūq; se obligauerit.

¶Quod fideiubens uel obligatus ad fideiubendum teneatur se obligare insolidum.

IDeiubens pro alio, uel obligatus pro alio fideiubere, siue talis fideiussio prestetur, ex dispositione iuris municipalis uel ex contractu uel quasi, uel ex ultima uoluntate uel aliter, teneat se insolidū & omnia bona sua & tamquā principalem obligare, & ubi in obligatione, se insolidum fideiubere, nō expresserit, intelligatur tamen insolidum obligatus.

¶Quod bona debitorꝝ, & Mandatariorū sint obligata fideiussoribus. Et mandatibus.

BOna debitorꝝ intelligant expressim & nominatim obligata fideiussoribus suis, eo die, & ex eo die in antea quo contractus fuerit celebratus

celebratus in quo intercessit, licet fideiussor nō fecerit sibi caueri, de se, & bona sua indēnem & indēnia conseruanda, Idem habeat locū in eo qui uigore alicuius mandati exigere aliquid, ut pro restitute exactorꝝ eius bona intelligantur obligata Mandati, a die exactionis facte.

¶De Iure reddendo nō subdito iurisdictioni iusdicentium Ciuitatis Vigleuani.

IN omnibus præparatoriis iuditiorꝝ & in omnibus decisoriis & generaliter in quibuscunq; processibus siue procedatur ciuiliter, siue criminaliter siue ordinarie siue extraordinarie siue ex officio siue nō, & generaliter quacunq; uia ꝓcedatur, tale ius reddatur, & reddi debeat, unicuiq; cuiuscunq; status & conditionis existet, nō subdito iurisdictioni iusdicentium Ciuitatis, uel Comitatus Vigleuani, uel qui eorum forū subire nō tenentur, quale redderetur supposito iurisdictioni iusdicentiū Vigleuani, si litigaret in iurisdictione iusdicentiū illius nō suppositi, & ad prædicta obseruanda, teneantur iusdicentes Vigleuani & Comitatus, sub pœna librarū Centum imperialium Cōmuni Vigleuani applicandarū, & etiam ad restitutionem omniū damnorū in duplo, damnum passo.

¶De eodem.

MErcatoribus & transeuntibus per Ciuitatem & Comitatum Vigleuani, fiat bonum & expeditum ius & summarium, ut fit Ciuibus & Comitatensibus Vigleuani tam pro se, quam contra se.

¶De pœna aduocati, uel procuratoris qui fecerit pactum, de quotta litis

NVllus aduocatus, causidicus, notarius, uel sollicitator per se uel per interpositam personam, faciat pactum de quotta littis cum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

clientulo suo, sub pœna libra; Centũ ducali camere applicanda;, & ulterius remoueat ab officio aduocationis ꝓcurationis & tabellionatus per trienniũ, nec possint dicti aduocatus & utsupra, per mensem ante littem motam & per tres menses post littem finitã; contrahere quouismodo cum clientulo suo, sub pœnis predictis, & ulterius cõtractus prędicti nulli sint, & pro infectis habeant.

¶De filio familias.

SI filius familias, uel alius qui sit in potestate Aui uel alterius descendentis in iudicio uel extra ex contractu uel quasi, aut distractu uel uariis causarũ figuris, aliquo modo se obligauerit alicui sine licentia, & consensu eius, in cuius potestate est, siue de tali obligatione extet instrumentum, siue non, etiam ꝙ instrumentum iuratum esset obligatio illa nullius sit momenti, & fideiussores & intercessores ab eo filiofamilias dati non teneantur, & instrumentum si inde extat sine aliqua solutione fienda condici possit, per eum qui se obligauerit, & per eum qui habet eum in potestate, & per fideiussorem uel intercessorem, qui se pro eo obligauerit, & hoc saluo nisi dictus filius familias fuerit negociator uel campsor publicus, uel laborator terra; uel inquilinus, uel colonus, & se principaliter uel secũdario, aut alio quouismodo occasione negociationis uel campsorie, quas exercet uel pro cultura terrarum, uel pro pensione domus se obligauerit, quo casu teneatur & cõueniri possit, dictus filius & quiliber descendens utsupra, & pater, & auus & alius ascendens eius in cuius potestate fuerit, si tempore cõtracti debiti habitabit cũ ipso ascendente, in eadem habitatione & nõ aliter teneat & compelli possit dictum debitũ soluere, aut ipsi filio uel descendenti, suo obligato partẽ legittimã omniũ bono; suo; assignare, ad effectũ ut sup ea creditor solutionẽ suã consequi possit, & hoc ultra actionẽ ꝑsonalẽ contra dictũ filiũ familias cõpetentẽ, in casibus in quibus actione personali cõueniri possit, Quod si pater uel alius ascendens nõ satisfecerit, & filio uel descendenti utsupra nõ assignauerit portionẽ utsupra in casibus de qbus supra, Possit creditor bona ipsius patris, uel alterius ascendentis, utsupra saxire & se-

questrari & cõtestari, robare, possessionem intrare, ac si ipsemet pater, uel alius ascẽdẽs utsupra, per se obligatus foret, nõ habeat tamẽ locũ prẽsens statutũ ubi filius familias ꝓcuratorio uel tutorio nomine se obligauerit.

¶De computatione dierum utilium.

IN causis, ubi de iure uel ex forma præsentium statutorum, uel decretorum ducalium, uel ex forma compromissorũ potest procedi, quolibet die feriato, & non feriato, seu feriis non obstantibus, & nõ attentis, dies una quaq; sit utilis, & singula dies pro utili die numeretur, exceptis tamen feriis introductis in honorem Dei, uel sanctorũ, iuxta formã prẽsentium statutorũ, quæ nõ nunerentur in diebus utilibus & in aliis causis ubi semel tantũ in die redditur ius duo dies, qui non sint feriati in honorem Dei uel sanctorum, pro una die utili numerentur.

¶De Instantia causæ litterarum ducalium.

INstantia causæ litterarum ducalium incipiat a die legittimæ prẽsentationis ipsarum litterarum ducalium, deinde sequantur termini ex forma præsentium statutorum.

¶Rubrica Generalis de interrogationibus.

SI quis in iudicio, & in qualibet eius parte, siue lis fuerit contestata siue non, & etiam ante ipsam littem cæptam, Interrogatus fuerit, an rem possideat uel an sit, uel uellit esse hæres alicuius, & an se imiscuerit in hæreditate, in toto uel in parte, & an scripserit, uel subscripserit aliquam scripturam, teneatur clare & sine aliqua conditione, termino trium dierũ ad plus, respondere dictę interrogationi, saluis omnibus suis exceptionibus, si rem possidet, si est hæres, uel si se imiscuit utsupra, & si scripsit, uel subscripsit utsupra, Et idem seruet in oĩbus aliis interrogationibus, quę de iure fieri possunt modo tamẽ in interrogatio-

HAYKOBA ЕЛЕКТРОННА БИБЛИОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

nibus, quę fiunt ante littē motā inserat̄ in interrogatione, causa quare fit interrogatio, & ad hoc interrogatus respondere cogatur per omnia iuris remedia, etiam nō obstante statuto de sapientibus dandis & non obstantibus exceptionibus ut supra, Saluo tamen q̃ si interrogatus circha hæreditatem petierit terminum ad deliberandum, an uellit esse hæres, uel ne, aut adire hęreditatē uel ne, Statuat̄ terminus arbitrio iudicis dicto interrogato, ad deliberandū, modo mensem nō excedat, si fuerit maior si uero fuerit minor uel pupillus tutorē uel curatorē habens, duos menses, quo termino deliberandi durante nō currat instantia causæ, possint tamē interrogati citius deliberare si uoluerint, & interrogationibus prædictis respōdere.

¶Rubrica Generalis de exhibitione instrumentorum & librorum rationum.

Si quis in iuditio produxerit aliquod instrumentum, uel aliam scripturam uel eo, aut ea utatur in aliqua causa, teneatur ad requisitionem alterius exhibere cum anno indictione, mense & die, & ad ipsam exhibitionem compellatur ut de ea pars aduersa copiam habere possit.

¶De exhibitione Instrumentorum, & imbreuiaturarū.

Si in iuditio per aliquam partium postuletur exhibitio instrumenti, seu scripturarum publicarum aut chirographi ad causam aliqualiter facientis seu facientium, ab aduersario habente facultatē exhibendi, ad hoc aduersarius a quo postulatur, teneat̄ exhibere, & copiam facere illi parti quę postulauerit infra terminū a iudice statuendū, & ad hoc, compellatur per omnia iuris remedia, nulla exceptione uel denuntiatione obstante, & nō obstante etiā statuto de sapientibus dandis, ipso tamen petente iurante q̃ credit sua interesse habere dictum instrumentū seu scripturā, & facere ad causam, Idem habeat locū si exhibitio petat̄ ab extraneo siue notario nō rogato tamen de dicto instrumento

uel non habente authoritatem extrahendi dictum instrumentum, siue iudicium pendeat siue non in notario autem rogato de instrumento uel habente authoritatem explendi, teneatur talis petens, accipere copiam autenticam instrumentorum exactorum per eum petitorum, & eidem satisfacere, de condigna, mercede, arbitrio. D. Abbatum Collegii notariorum Vigleuani.

¶De exhibitione libri rationum.

Si quis postulauerit exhibitionem alicuius libri, uel rationis fieri, & iurauerit q̃ sua credit interesse, & q̃ per calumniam talem exhibitionem non petit, Teneatur. D. Potestas Vigleuani & quilibet Iusdicens Ciuitatis, & Comitatus Vigleuani, & arbiter uel arbitrator, compellere illum qui ipsum librum uel rationem habet, uel habere potest, uel potest exhibere, ad exhibitionem ipsius libri uel rationis, per omnia iuris remedia, non admissa etiam petitione consilii sapientis, ita tamen q̃ de illo libro uel ratione nulli fiet copia, nisi illi qui exhibitionem postulauerit, & q̃ scriptura sic exhibita fidem faciat, tam contra petentem exhibitionem, quā in eius fauorem, quantum est ad tollendum excludendum uel diffitendum intentionem illius, qui talem exhibitionem postulauerit, circa id pro quo postulauerit exhibitionem fieri, & si quis negauerit habere, uel habere posse, uel dolo desiisse habere, uel posse exhibere librum, uel rationem postulatum exhiberi, & probatum fuerit contrarium, puniatur in libris Centum imperialium, pro medietate Cōmuni Vigleuani, & pro medietate postulanti applicandarū, & ulterius compellatur ipsum librum uel rationem exhibere.

¶Rubrica Generalis de positionibus.

Teneatur quilibet in quolibet iuditio, respondere positionibus fiendis in causa, infra terminum sibi per iudicem assignandum, clare & aperte, affirmando, uel negando, de scientia, uel credulitate

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tate, omni cōditione, additione, uel ꝓtestatione penitus remotis, alioquin responsio aliter facta, pro nō facta habeat, & nisi fiat respōsio ad terminū per iudicem ad respondendū assignatū, uel ubi facta fuerit responsio minus legitime ut supra possit iudex uel arbiter, aut arbitrator, ipsas positiones pronuntiare pro confessatis, uel negatis, prout magis erit & fuerit in maius præiudicium non respondentis, seu minus legitime respondentis, & ad hoc compellatur per omnia iuris remedia, saluis quibuscunq; suis exceptionibus, & nō obstante statuto de sapientibus dandis.

¶De pœna negantis positiones filiationis, & mortis.

SI quis in iudicio principaliter uel per procuratorem specialem uel generalem ad causas, negauerit, aliquem esse uel fuisse filium, patrem, uel auum uel legitimum, uel ascendentem, aut descendentem, uel hæredem, uel maritum, uel uxorem, uel fratrem, uel sororem, aut patruum, uel nepotem, alicuius uel aliquem fore defunctum, de quo interrogatus fuerit uel positus fuerit, & deinde probatum fuerit illud quod negatum est, esse uel fuisse uerum comdēnetur negans in libris. xxv. imperialium pro medietate parti, & pro medietate Cōmuni Vigleuani applicandarū, & ulterius teneatur ad restitutionem omnium expensarum damnorū, & interesse, quæ ea occasione aduersarius passus esset de quibus stetur sacramento damnū passi, & in prædictis non possit appellari, nec de nullitate dici.

¶Rubrica Generalis de probationibus & testibus, De Capitulis dandis ante receptionem testiū.

TEstes non examinentur per notarios, nisi prius porrectis, & productis capitulis, super quibus examinari debeant, & copia ipsorum capitulorum oblata, uel data parti, seu dimissa ipsa copia penes notarium pro dando parti, alioquin testium depositio non ualeat, saluo quam in causis a libris. x. infra.

¶Quod testis de uniuersitate pro eadem non admittatur.

NVllus de uniuersitate pro ea, ad testimoniū admittat, & eo de facto admisso, testimonium ipso iure sit nullius ualoris & momenti, Idem obseruetur etiam si in curia seculari sit contentio, pertinens ad collegium cuiuscunq; generis sit, ut existens de dicto collegio pro eodem ad testimonium nō admittatur coram Iudice seculari, & hoc non habeat locum in causis Cōmunis Vigleuani, si tamen quis de uniuersitate uel Collegio contra ipsum uel ipsam producatur, in testem, pro ipsa seu ipso etiā dicere, producique possit & ualeat.

¶Quod marosserius possit esse testis.

PRosonetta seu marosserius possit esse testis, & ad testimonium perhibendum compelli possit, nec eius testimonium reprobetur, ex eo quia marosserius siue prosonetta.

¶Quod alienans in causa alienationis non possit dicere testimonium ad instantiam ementis.

GEnditor uel alienans in causa rei uenditæ uel alienatæ, ad instantiam emptoris uel acquisitoris uel alterius habentis causam ab eo, testimoniū dicere nō possit etiā si eius nullomodo intersit.

¶Quod coloni & inquillini cōpellant ad perhibendū testimoniū.

COloni & inquillini, tam pro domino, quā contra dominū ad testimonium perhibendum possint admitti, & compelli.

¶Quod per testes quædam probari non possint.

PER testes non possit probari bannum, nec emancipatio nec interdictum administrationis bonorum, nec q; res sit libellaria, seu

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

feudataria, nec aliquid fore sententiatũ, nec generalis alienatio omniũ bonorũ, seu quottæ partis, seu tot bonorũ particulariũ quæ unita faciant tertiam partem bonorũ alienantis, non ualeat etiã dictum testis si deposuerit, super eo quod confiteri audiuerit, mediante muro aslide, cortina, uel huiusmodi intermediatura & hoc si apparuerit ex dicto per ipsum testẽ, uel etiam aliter probetur.

De probatione liberationis contra publicum Instrumentum.

SI debitum redactũ fuerit in publico instrumento, nõ possit debitor, uel alius, per testes, nisi fuerint tres, pbare directe uel p indirectum solutionem uel liberationem aliquam cuiuscunq; sit generis.

Qualiter quis præsumatur mortuus.

SI dubiũ fuerit de morte alicuius: præsumat' mortuus si pbet' p uocẽ & famã tam in loco eius domicilii quã ubi mortuus dicatur.

De pœna recusantis perhibere testimoniũ, & mercede testis forensis.

SI quis recusauerit perhibere testimoniũ, qui alias de iure cogi possit, in quacũq; causa ciuili uel criminali uel mixta cõdenet' in libris decẽ imperialiũ Cõmuni Vigleuani applicandarũ, pro medietate, & pro altera medietate producere uolenti, & in maiori quantitate arbitrio iudicis, inspecta qualitate causę & personæ, & nihilominus possit iudex omnibus iuris remediis etiã per personalem detentionẽ compellere ad perhibendum testimoniũ: & q̃ a prędictis nõ possit appellari, nec de nullitate dici Si tamen testis qui deponere, habet habitauerit extra Ciuitatem, non cogatur deponere, nisi prius satisfactum fuerit ei de expensis & operibus quibus caruerit, arbitrio iudicis.

Rubrica Generalis De Iure Iurando.

IN qualibet causa ciuili, siue ante petitionẽ siue post & in qualibet parte iuditii possit deferri ius iurandũ a parte parti Quo iuramento delato & intimato parti statuat' ei terminus qui nõ sit minor dierũ duorũ ad deliberandum, super forma sacramenti, quo termino elapso teneat' pars cui delatũ erit Iuramentũ iurare ad terminũ per iudicem statuendum qui nõ sit minor tribus diebus, expressa tamen hora tertiarũ, uel uesperarũ ad iurandum uel ius iurandũ ipsum referre dummodo iuramentũ ipsum deferrat', in facto proprio eius, cui deferr', & stetur sacramento eius, cui deferr' in omnibus & per omnia, tam super forma sacramenti, quã super quibuslibet aliis dependentibus, & facientibus ad negociũ de quo queritur, & in forma sacramenti fit mentio, quo ad excludendum uel diffitendũ intentionẽ deferentis sacramentũ, sit tamen in facultate illius cui delatũ erit Iuramentũ citius iurare intra ipsum terminũ sibi statutũ citato deferente, & si in dicto termino eidem statuto nõ iurauerit, habeatur ipso iure pro relato ipsi deferenti, quo casu teneat' deferens iuramentum, iurare si fuerit in facto proprio de ueritate, aliter autẽ sufficiat iurare de credulitate, per eũ cui habetur pro relato utsupra, Quod iuramentũ pro relato, fiat infra tantũdem terminũ prout fieri debebat primũ iuramentũ, q̃ si in dicto termino iurauerit pro relato stetur eius sacramento tam pro se quã contra se, & si nõ iurauerit utsupra habeat' illud sacramentum pro nõ delato nec relato, nec possit post hæc dari, super iis de quibus alias delatũ fuerit sacramentũ, Quodquidem statutũ seruari debet, per quemcunq; iudicem uel arbitrũ uel arbitratorem præcise, nõ obstante statuto de sapientibus dandis, Possitq; dictum sacramentũ deferri etiam elapsis terminis pbatoriis, & si contingat deferri iuramentũ a parte parti utsupra, pductis teste uel testibus, instrumentis uel aliis iuribus in causa, ipsisq; publicatis uel nõ publicatis teneat' tamen ille cui delatũ fuerit sacramentũ, iurare uel referre utsupra, sed respectu ipsius deferentis sacramentũ intelligatur ipso iure, per eum renuntiatũ quo ad omnẽ effectũ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

quibuſcunq; ꝓbationibus in ſui fauorē factis, quauis cauſa reſpectu concernentiū ipſam formā ſacramenti tantū, ita q̃ in poſterū nullum unquā fieri poſſit fundamentū nec iudicium de prædictis ꝓbationibus utſupra in cauſa ipſa ſi tamen is cui delatū fuerit ſacramentū, ſuper ipſa forma ſacramenti legitime iurauerit, & prædicta nō habeant locū, quando ille cui defertur, iuramentū habet exceptionē rei iudicatæ, quæ executionē mereatur, uel tranſactionē iuratam, aut iuramentū deferatur contra tenorē & effectū inſtrumenti iurati, nec etiā habeant locū ubi forma iuramenti uideatur captioſa iudici, quo caſu poſſit iudex, eā moderare corrigere ac in toto reicere, prout ſibi uidebitur. Eo etiā adito q̃ ſi ſacramentū recipiat diuiſionem poſſit pars, pro parte iurare, & pro parte referre.

¶De Sacramento falſo, uel non uero.

SI quis fecerit, uel præſtiterit, ſacramentum falſum, In qualibet cauſa, uel in quolibet actu iudiciali, uel etiā in contractibus, & diſtractibus, etiā extraiudicialiter factis, in facto proprio, quod poſtea falſum, ſeu nō uerū probetur, in toto, uel in aliqua ſui parte, talis, falſum uel nō uerū, iurans tamquā periurus comdēnetur, & puniatur pro periurio, per quemlibet iuſdicentē, in quantitate ſeu extimatione eius de quo reperiretur ſacramentū falſum, uel nō uerū, & ultra in totidem pro pœna ipſius periurii, parti aduerſæ applicanda, ſi per ipſam partem, Sacramentū ipſum ciuiliter agendo dictū fuerit falſum, ſeu nō uerū, ſi uero criminaliter dixerit, aut querelauerit, uel ex officio proceſſum fuerit, & ſacramentum ipſum, in toto, uel in parte, repertū fuerit falſum, uel nō uerum, tunc talis iurans, comdēnetur in duplum, eius quod ſacramentū repertū fuerit falſum, ſeu nō uerū, quæ pœna dupli, pro dimidia applicet fiſco ducali, & pro altera dimidia parti, & hoc ultra extimationem & quantitatem eius de quo reperiret ſacramentū eſſe falſum, uel nō uerū, quę applicetur parti utſupra, ita tamen q̃ nō poſſit ꝓcedi ciuiliterue l criminaliter, de ſacramento falſo uel nō uero, niſi intra menſem a die facti iuramenti, ubi ex officio criminaliter ꝓcedi uellit: ubi uero ad inſtantiam dānuū paſſi poſſit ꝓcedi, intra menſem incipiendū a die ſcientiæ, q̃ ſacramentū ſit falſum.

¶De ſacramento ſuper expenſis, & damnis ex inſtrumento.

SI debitor promitat in inſtrumento, omnes expenſas & damna ſe daturum, abſq; ſacramento creditoris, nō tamen cogatur prædicta ſoluere, etiā ſi creditor habeat fundatā intentionem ſuā, ſuper expenſis & damnis promiſſis, ex inſtrumento, niſi creditor iurauerit: Quod iuramentū tamen poſſit moderari per iudicem, ſi ſibi uidebitur.

¶De ſacramentis puberum.

VTentica ſacramenta puberū & quælibet alia iuris diſpoſitio, illud uel ſimile diſponens nō ualeat nec uindicet ſibi locū, nec ſeruetur, in Ciuitate nec Comitatu Vigleuani, quominus minor etiā ſi iurauerit ſe maiorem poſſit reſtitui in integrū, ſi læſus fuerit, prout poſſet, reſtitui ſi nō iuraſſet, nec ipſum iuramentū, aliquo modo minori obſit, nec aliquē actum contractū uel diſtractū cōualidare poſſit, directe uel per indirrectū, & prædictum ſtatutū præciſe ſeruetur, ſub pœna contrafacienti librarū ducentū imperialiū parti applicanda, & ultra hoc pars allegans uel ꝓcurans, ſeu ad cuius inſtantiā fuerit allegatū uel ꝓcuratum, de uoluntate principalis, contra prædicta, uel aliquod prædictorū, amittat cauſam, & hoc nullo iure cōmuni, cuiuſcunq; conditionis exiſtat, uel municipali obſtante, nec alio quocūq; obſtaculo quibus omnibus ex certa ſcientia, per præſens ſtatutū ipſo iure, ſit derogatum.

¶Rubrica Generalis de feriis & dilationibus Quando incipiat annus & indictio.

MOre Vigleuanenſi Annus incipere conſueuit & decętero incipiat in feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & hoc reſpectu Inſtrumentorum publicorū & actorum Iudicialium, tantum, & indictio incipiat ſimiliter in dicto feſto Natiuitatis.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶De diebus festiuis celebrandis.

QT Deo Optimo Maximo authore, Ciuitas Vigleuani Incrementum accipiat, unusq; quisq; sciat quæ festiuitates, in honorem Dei & Sanctorum celebrari debeant, quo ad ius non reddendum, coram quibuscunq; iusdicentibus, etiam coram arbitris & arbitratoribus infrascripti dies describuntur.

¶De Mense Ianuarii.
vi Epiphania Domini
vii Sanctus Christophorus
xvii Sanctus Antonius Abbas
xx Sanctus Sebastianus
xxi Sancta Agnes
xxv Conuersio Pauli.

¶De Mense Februarii.
ii Purificatio Beatæ Mariæ
v Sancta Agatha
ix Sancta Apolonia
xvi Sancta Iuliana
xxii Cathedra Sancti Petri.

¶De Mense Martii.
vii Sanctus Thomas de Aquino
xii Sanctus Gregorius
xix Sanctus Ioseph
xxv Annuntiatio beatæ uirginis Mariæ.

¶De Mense Aprilis.
v Sanctus Vincentius confessor
viii Sanctus Dionisius
xvii Festiua ob erectionē Ciuitatis Vigleuani Ista die factam.
xxiiii Sanctus Georgius

xxv Sanctus Marcus
xxix Sanctus Petrus martir

¶De Mense Maii.
iii Inuentio Sanctæ Crucis.
xx Sanctus Bernardinus confessor
xxix Sancta Helena

¶De Mense Iunii.
xiii Sanctus Antoninus de Padua
xxiiii Natiuitas. S. Ioannis Baptistæ

¶De Mense Iulii.
ii Visitatio Mariæ ad Helisabeth
v Sancta Margarita
xxii Sancta Magdalena
xxix Sancta Martha

¶De Mense Augusti.
i Ad Vincula Petri
v Festum Niuis
x Sanctus Laurentius martir
xv Assumptio Beatæ Mariæ
xvi Sanctus Rochus
xix Sanctus Ludouicus, festiua Propter publicationē Ciuitatis Vigleuani & presentium statutorū Ista die factam.
xx Sanctus Bernardus Abbas
xxviii Sanctus Augustinus
xxix Decollatio. S. Ioannis Baptistæ

¶De Mense Septembris.
viii Natiuitas Beatæ Mariæ
xxix Sanctus Michael
xxx Sanctus Hieronymus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶De Mense Octobris.

iiii Sanctus Franciscus
xviii Sanctus Lucas

¶De Mense Nouembris.

xi Sanctus Martinus
xxv Sancta Caterina

¶De Mense Decembris.

vi Sanctus Nicolaus Episcopus
vii Sanctus Ambrosius
viii Conceptio beate Marie uirginis
xiii Sancta Lucia
xxi Sãctus Thomas Archiepiscopus
xxxi Sanctus Siluester.

ET ultra prædictas festiuitates utsupra celebrentur infrascripti dies, quibus iusdicentes nõ reddant ius, nec executiones iudicia les fieri possint uidelicet festũ Carnispriuii Romani, & dies precedens, & sequens, feriæ Paschatis resurrectionis per dies septem, ante, & totidẽ post, Ascensio Domini Nostri Iesu Christi, Dies leraniarũ, & Quadragessimales in mane intelligantur in honorem Dei, & nõ reddatur ius, nisi in uesperis, festum Paschatis pentecostę cum duobus diebus sequentibus, feriæ Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & per dies tres ante, & usq; ad festum Circumcisionis Domini Inclusiue omnes dies dominicales, & festa. xii. Apostolorũ.

¶De feriis messium & uindemiarũ.

EMporibus feriarũ messium, & uindemiarũ, quæ Incipiunt die xvi. Iunii usq; ad. xvi. Iulii, & die. xvi. Septẽbris usq; ad. xvi. Octobris. Omnes causæ Ciuiles, earũq; causarũ Instantiæ, suspensæ sint, & esse intelligantur in suspenso, quo ad omnẽ effectũ, durantibus dictis feriis, Saluo tamen, q; in prædictis temporibus feriarũ reddat ius in mane, In casibus in quibus ex forma presentiũ statutorũ potest pro-

cedi, quolibet die feriato, & nõ feriato, & etiã in causis cõpromissorũ, si ex eorũ forma ꝓcedi potest die feriato, & nõ feriato, & ubi semel tantũ ius in die reddatur, utsupra computentur duo ipsorũ dierũ pro una die utili.

¶De feriis repentinis.

SI contingat mandato Illustrissimi Principis, uel superiorũ fieri aliquos dies feriatos, nõ reddatur ius in eis, in quibuscũq; causis siue ordinariis, siue sũmariis, nec aliter quouismodo, & pro diebus feriatis in totum habeatur.

¶Quod dies termini nõ computet' in termino.

IN qualibet dilatione, siue termino, siue hominis siue legis, Dies dilationis, seu termini, nõ computet' in termino, seu dilatione, liceat tamen ea die facere cõtenta in dilatione, seu termino, & prædicta habeant locum tam in ciuili, quã in criminali.

¶De eodem.

SI ultima dies alicuius termini seu dilationis, iuris, uel hominis, inciderit in diem feriatam, sequens dies nõ feriata pro illa reputetur, & prædicta locũ habeant tam in ciuili, quã in criminali, & nihilominus illa quæ possint fieri die sequenti iuridica expediri & fieri possint dicta die ultima, & diebus sequentibus mediis, si sint talia quæ dicto tempore sint expedibilia: & prædicta disposita in principio huius statuti, nõ uindicent sibi locũ, in termino solutionis fiendæ si inciderit in aliã diem quã in feriatã in honorẽ Dei uel sanctorũ uel sanctarũ declaratarũ ex forma præsentiũ statutorũ.

¶Quod omni die non prohibito iura reddantur.

OMni die iura reddantur, & causæ teneantur nisi in iis diebus, in Quibus specialiter dispositum est in contrarium per præsentia statuta, & in feriis repentinis utsupra.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica Generalis De sequestris.

QVolibet die feriato, & nō feriato, possit fieri contestatio, & sequestrum, de bonis, & rebus quibuscūq; de quibus dubitat & timetur ne transeant in sinistrū. Cuius sequestri copiam si ille de cuius bonis fit sequestrū habitet in iurisdictione Potestatis Vigleuani teneat pars ad cuius instantiam fit sequestrū, intimare & mittere illi, de cuius bonis fiat sequestratio, cū termino ad comparendū legitimo, psonaliter uel ad eius domū habitationis, & si fuerit forasterius, seu absens, uel nō suppositus, intimet in forma absentis, Quod tamē sequestrū præstita fideiussione, de iuditio sisti, iudicatoq; soluēdo, & re sequestrata exhibēda, corā iudice, q sequestrū cōcessit, sine littigio reuocet & ut satisdare debēs, sit certus, pro qua sūma satisdare habeat, Teneat impetrās sequestrū exprimere sūmā crediti, in sequestro, ita tamē ꝓ p expressionē ipsam nō fiat prēiudiciū, sequestranti, si de maiori sūma postea creditor repertus fuerit, & satisdatio prēstet, pro sūma expressa in sequestro tātū & pro illa sūma fideiussor remaneat obligatus, & casu quo ille de cuius bonis factū fuerit sequestrū, corā iudice cōpareret, & diceret, se nolle aut nō posse fideiubere tunc ipso iure intelligatur statutus terminus, ipsi impetranti sequestrū dierum sex nō feriatorū in honorem Dei, ad pbandum creditum suū, quod si nō probauerit, reuocetur sequestrū sine littigio & impensa, & comdēnetur sequestrans in impensis dānis & interesse arbitrio iudicis. Vbi uero dicta protestatio per illum de cuius bonis factū sit sequestrū, facta nō fuerit, illico facto, sequestro, intelligatur utriq; parti statutus terminus dierū Quindecim utiliū, ad probandum & probatum habendū in causa ipsius sequestri, & in ipsa causa pcedatur sūmarie remoto consilio sapientis Nec concedat, relaxetur per iusdicentem nisi prius constito de credito & lapsis dictis quindecim diebus utilibus utsupra & parte legitime citata ubi concedat relaxetur creditori illud mittatur executioni, omni exceptione appellatione & in integrū restitutione remota, saluo ꝓ si debitor infra mensem post factā relaxationē comparuerit coram iudice & ostenderit ac uerificauerit creditorē qui relaxetur obtinuit indebite

indebite exigisse, Teneat iusdicens talem creditorem indebite exigentem in duplum comdemnare rei exactæ uersus illū de cuius bonis facta sit relaxatio & in omnibus damnis expensis & interesse, consilio sapientis non admisso, & appellatione remota, sūmariæq; procedendo & quolibet die feriato & non feriato.

¶Rubrica Generalis. De præscriptionibus.

¶De scripto manu debitoris petendo infra duodecim annos.

QVilibet qui habet, uel infuturū habebit, scriptum manu debitoris factum, uel eius manu subscriptū, aut de eius mandato factum, seu subscriptū, quod sit purū, & nō habeat conditionem nec diem, petendi debitum illud debeat petere, seu requirere in iudicio uel extra infra ānos duodecim a tempore confectionis eius scripti. Si uero scriptū habuerit conditionem uel diem præcisum, illud petere debeat, similiter infra annos duodecim incepturos a die purificatæ conditionis, & lapsus diei in scripto expressi, Aliter si steterit per annos duodecim ꝓ nō petierit utsupra ipsum scriptū præsumat solutū, & sit nullius effectus & momenti.

¶De eodem

SI per triginta annos lapsis a die purificati debiti, apparentis per publicum instrumentum, debitor ad solutionem extra iuditium uel in iuditio legitime nō fuerit interpellatus, nō possit ulterius ea de causa molestari, & debitum præsumatur solutum.

¶Rubrica Generalis. De damno & interesse.

IN casibus in quibus de iure canonico, potest peti interesse, Sacramentū petentis factū corā iusdicente seu arbitro uel arbitratore parte prēsente, uel per contumaciā absente, habeat pro plena pbatione,

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ имени И. И. МЕЧНИКОВА

usq; ad denarios. xvi. in ano pro libra, & hoc quando creditor & debitor qui ipsum creditũ & debitũ contraxerũt, tempore prestiti huiusmodi iuramenti uiuant. Si autem ante prestitum dictũ iuramentũ, moriat' creditor, superstite dicto debitore, q; hæres creditoris possit iurare ipsum interesse pro tempore ipsius hæredis, ad computum ut supra. Si uero moriat' debitor superstite creditore, qui creditum contraxit possit ipse creditor contra hæredem iurare de interesse pro eo tempore quo debitor qui debitum cõtraxit uixit, ad computũ ut supra. Sed post eius mortẽ, nõ possit contra hæredem debitoris nec extraneũ possessorem iurare ut supra, nisi a tempore scientiæ, ueræ, uel fictę ipsius hæredis, uel extranei possessoris. Vbi uero moriat' uterq; creditor, & debitor ante præstitũ dictũ iuramentũ possit hæres dicti creditoris iurare cõtra hęredẽ debitoris, & extraneũ possessorẽ, pro tempore ipsius hæredis, & modo quo supra, & pro tẽpore ipsius hæredis & uel extranei possessoris solũ a tẽpore scientię uel interpellationis cõgrue referendo. Et disposita in præsenti statuto habeant locum etiã in causa depositi pecuniæ realiter & effectualiter facti, & reali ac actuali mutuo post contractã morã, in credito uero dotis & iurium dotalium, mulier nõ possit habere nec iurare interesse ipsius dotis nec iurium suorũ dotalium pro eo tempore quo ipsa mulier alimentata fuerit a debitore ipsius dotis, uel aliter ex bonis ipsius debitoris, siue alimenta sibi debeantur ex testamento, siue abintestato.

¶ Rubrica Generalis. De cõpromissis arbitriis & arbitramentis.

SI infuturũ fuerit causa, lis questio, controuersia, uel discordia, inter ascendentem, uel descendentẽ, uel inter agnatos, uel cognatos, infra quartum gradum computandum de iure canonico inclusiue uel inter affines, affinitate præsenti, uel pręterita, coniunctos infra secundum gradũ secundum iura canonica computandũ, Teneatur & debeat. D. Potestas Vigleuani & omnis iusdicens Ciuitatis, & Comitatus Vigleuani, postquã ab eo fuerit requisitus per partes, uel per aliquã partiũ, uel per eorũ pcuratorẽ mandatũ habentẽ generale ad causas, intra decem dies continuos a die littis incohatæ, seu mottæ, Cogere partes realiter, & personaliter, & per pœnas & mulctas cameræ applicandas ad nominandum tot arbitros, ex cõmunibus affinibus, & eis deficientibus, ex doctoribus de collegio Vigleuani, ita q; in unũ concordent confidentẽ, & in eum compromittendũ & compromissum faciendũ, de iure, de facto, & de amicabili compositione per publicum instrumentum, de omnibus differentiis inter ipsas partes uertentibusa c etiam de eis quæ per partes, uel per alteram partium peti uoluerint. Qui arbiter & arbitrator taliter assumptus, Teneatur & cogi debeat, per Dominũ Prætorem Vigleuani & quemlibet iusdicentem per pœnas & mulctas cameræ applicandas assumere, & acceptare, ipsa cõpromissa, & sua arbitramenta, & sententias protulisse, Infra quadraginta dies utiles, a die acceptationis in antea computandos, Cuius compromissi instantia duret per quadraginta dies utiles, saluo si partes de minori tempore cõuenerint. Et quę arbitramenta & declarationes possint fieri, quolibet die feriato. In honorem Dei non introducto, & in causis ipsis, omnia acta quæ fieri contingent, etiam arbitramenta ipsa, & declarationes, rogari possint per quemcunq; notariũ de Collegio Ciuitatis Vigleuani, & in tali cõpromisso seu cõmissione decisa nõ ueniant, quę decisa intelligant' tam per sententiam quã per arbitramenta, quę mereant' executionem, uel per iuramentum a parte parti in iudicio delatũ uel præstitũ, uel habitum pro relato & præstito, & per quamlibet ultimã uoluntatem nõ abolitam & nõ cancellatã, nec in aliqua sui parte uiciatam, uel alium contractum iuratũ per instrumentum a publico notario rogatũ, & petito compromisso, nõ liceat alicui partium, durante instantia ipsius compromissi, trahere in ius partem pro aliqua causa ciuili, saluo q; possint impetrari sequestra, a quocũq; iudice, quæ ab arbitro concedi nõ possent, Sed tamen postea causæ ipsorũ sequestrorũ per arbitrũ, & ut supra cognoscant', & prædicta de petitione compromissi nõ habeant locum in causis appellationũ, reuisionum, arbitramentorũ nec grauaminũ, nec etiam in articulis emergentibus & incidentibus, nec in causis cridarũ, quæ fiunt pro bonis uendendis, secundũ formam præsentium statutorũ, & casu quo non petatur compromissum

HAYKOBA ЕЛЕНА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

intra decem dies utſupra limitatos, amplius in dicta cauſa, compromiſſum peti nō poſſit. A quo; Arbitro; ſententiis, preceptis, arbitriis, & arbitramentis nō poſſit appellari, querelari, ſupplicari, nec de nullitate dici ſaluo q̃ ſi aliqua partium, ad petitionem reuiſionis ipſorū arbitramentorum admitti petierit ab Illuſtriſſimo Principe uel ab eius Reuerendiſſimo Senatu, nō audiatur niſi infra quindecim dies utiles, a die ſcientiæ arbitramentorum factorum petat ipſam reuiſionem, & ſi contingat ipſam reuiſionem concedi, teneatur petens ipſam reuiſionem ſoluere & numerare alteri parti, totum id quod comdemnatus fuerit in ipſis arbitramentis occaſione expenſarum littis & pro ſalario. Item teneatur & debeat deponere penes idoneam perſonā partiū confidentem uel unius in contumaciam alterius omnes expenſas faciendas pro ipſa reuiſione, taxandas per Cōmiſſarium, ſi cōmiſſarius datus ſit per litteras aliter per dellegatum cui dirrectæ erunt litterę pro ipſa reuiſione facienda & committenda, Ita tamen q̃ ſi ipſe petens reuiſionē obtinuerit pro maiori parte in cauſa dictæ reuiſionis, eo caſu tale depoſitum ei obtinenti reſtituatur, ſi uero ſuccubuerit detur parti contra quam petita erit reuiſio, ſi in tanta parte comdemnetur, & nihilominus ſi comdemnatio pro expenſis fuerit maior, teneatur etiam ad reſiduum ille petens reuiſionem, Item q̃ ipſe petens reuiſionem deponat illam quantitatem denariorum occaſione pœne appoſitæ in compromiſſo & expenſe in cauſa reuiſionis faciendæ quę inſpecta quantitate pœne perſonarum, & rei qualitare uidebitur ipſi dellegato, uel cui erit facta cōmiſſio reuiſionis per litteras ducales. Q uam taxationem poſſit facere appellatione remota, & prædicta omnia fiant antequā cōmiſſarius reuiſionis arbitramentorum ſe intromittat de cognitione ipſius cauſæ, Q uibus peractis, teneatur ille qui reuiſionem impetrauit a ſenatu ad minus infra tres dies cōmitti facere cauſam ipſius reuiſionis confidenti partium uel unius in contumaciam alterius, in Ciuitate Vigleuani, ſi extabunt Doctores, ſin minus in Ciuitate propinquiori. Q ua cōmiſſione ſic facta intellígatur ipſo iure ſtatutus terminus, ipſi petenti reuiſionē, ipſo iure & facto, diez; decem utilium ad ꝓbandū & ꝓducendū & ꝓbatū habendū per omne genus ꝓbationū,

poſt quem terminū poſſit pars aduerſa termino aliorum decem utilium probare, & reprobare, & facere ſibi incumbentia, qui terminus ſit utriq̃ parti cōmunis, Teneaturq̃ cōmiſſarius dictæ reuiſionis, dictis terminis elapſis intra alios decem dies utiles, dictam cauſam reuiſionis diffinire, intelligendo q̃ inſtantia dictæ reuiſionis, nō duret niſi per dies triginta utiles, & non ultra, Et ſi ſententia lata fuerit confirmatoria ipſorum arbitramentorum, mittatur executioni per quemlibet iuſdicentem, omnibus iuris remediis, etiam per inductionem in poſſeſſionem, in toto uel pro ea parte in qua confirmata fuerint ipſa arbitramenta, Idem ſeruetur, ſi in termino ſupraſcripto in cauſa ipſius reuiſionis, non fuerit declaratum, eo etiam caſu ipſa arbitramenta executioni mittantur.

¶ De Secunda reuiſione petenda.

SI contingat in cauſa reuiſionis aliquem obtinere declarari, præcepta arbitria & arbitramenta iniquе lata in toto, uel in parte ſecundum formam ſtatutoꝝ præcedentium, liceat parti ſupplicare, & reuiſionem petere a Senatu in ea parte, in qua ſententia reuiſionis non fuerit conformis, cum præceptis arbitriis & arbitramentis primo loco latis, & in ea cauſa ſeruentur, ea quæ diſpoſita ſunt in cauſa reuiſionis, tam circa ordinem procedendi, quā decidendi utſupra.

¶ De compromiſſis uoluntariis.

QVia plerumq; contingit per partes compromiſſum uoluntarium fieri, ne dubitetur circa modum procedendi. Ideo ſtatutum eſt, q̃ in eis procedatur tam in ordinatiuis quā in deciſiuis & etiam in reuiſionibus petendis prout in compromiſſis, neceſſariis diſpoſitum eſt, ſaluo tamen q̃ ſi aliter conuentum ſit inter partes conuenta ſeruentur.

HAYKOВ ВЕНЮТЕКА ОНУ імені ІВАНА ПУЛЮЯ

¶Q uod coram arbitris & arbitratoribus possint ea fieri, quæ possent fieri coram iudice ordinario.

POssint partes & legitimę personę pro eis corã arbitris arbitratoribus, & amicabilibus cõpositoribus, facere positiones & deferre sacramenta, & acta quæcũq; alia quæ facere possent corã Iudice ordinario, & possint dicti arbitri, arbitratores, & amicabiles cõpositores cõpellere partes ad respondendũ positionibus & statuere terminũ ad iurandũ uel referendũ: & alia quæcunq; facere Q uæ & put facere possit iudex ordinarius, etiã in habendo uel pronuntiando ipsas positiones pro confessis, put posset Iudex, & q; acta omnia & actitata per eos, & corã eis sortiantur illum effectũ quem sortiri deberent si facta forent corã iudic ordinario, uel per eũ, & sententiæ arbitramentales ac arbitramenta habeant uigorẽ & effectũ sententię diffinitiuæ Hoc tamen intellecto q; per prædicta non intelligat' esse concessa facultas appellandi, ab eor; sententiis uel arbitramentis, & contraueniendi nisi prout possent circũscripto hoc statuto possit tamen peti reuisio secundum formam præcedentium statutorum.

¶Rubrica generalis de appellationibus.

LAta sententia diffinitiua, in causa ordinaria uel sũmaria, pars quæ uoluerit appellare & quilibet alius cui de iure licet appellare, uel nullam dicere, teneatur infra terminum quatuor dierum continuorum a die scientiæ latæ sententiæ exclusiue, & nõ ultra, ab ipsa sententia diffinitiua appellare, uel nullam dicere, ad iudicem competentem Q ua appellatione uel nullitate interposita procedatur in causa ipsius appellationis, uel nullitatis, coram dicto iudice, ad quem fuerit appellatum, hoc ordine, q; post appellationem ipsam uel nullitatem propositam, & interpositam, & cõmissionem factam de ipsa causa appellationis, quam cõmissionem teneat' appellans, uel appellatus fieri facere uni partium confidenti, uel unius tantum in contumaciã alterius, de

Collegio Doctorum Vigleuani si extant, si minus de Collegio ciuitatis proximioris, per. D. Potestatem Vigleuani ad hoc deputatum, uel per alium iudicẽ competentem, qui ad hoc sit & esse intelligatur specialiter delegatus, ad tardius infra tantũ tempus q; superfint ad minus dies uiginti utiles, si fuerit prima appellatio, in aliis uero appellationibus dies. xxv. utiles ad complendum annũ uel bienniũ uel trienniũ datũ a iure ad prosequendum appellationis ubi indultum fuerit, Q ui cõmissarius ipsius causæ appellationis, cogatur ipsam appellationẽ acceptare omnibus iuris remediis, nec possit assumi ultra dictũ cõmissariũ, nec sibi dari aliquis alius socius, ad exanimandum ipsam causam appellationis, nisi fuerit de ambarũ partiũ uoluntate, Q ua cõmissione sic facta habeat & habere intelligatur instantia ipsius causę appellationis dies uiginti utiles tantũ, ad eam causam appellationis terminandã. Teneatur appellans uel nullã dicens per se uel ꝓcuratorem suũ infra dies tres utiles a die factæ cõmissionis, ut supra corã cõmissario electo ut supra libellũ seu petitionem suã in scriptis portigere, & parti uel procuratori qui comparuerit ad terminum dandi confidentes, uel in cõmissione, notificare personaliter uel ad domũ habitationis, quæ petitio qualiscũq; sit, dũmodo tollerabilis admittat', & admissa esse intelligatur ipso iure & iurare corã ipso cõmissario se nõ dolo nec calũnia, Sed credens iustam fouere causam appellasse & nullã dixisse, ac statim satisdare de restituendo alteri parti omnia dãna interesse & expensas litis prædictæ, quæ passa fuerit, & quæ taxata fuerint, per iudicem dictæ causæ, si ipse appellans uel nullã dicens, succubuerit in dicta causa appellationis uel nullitatis, uel si ipsam appellationẽ uel nullitatem nõ fuerit prosequutus usq; in finẽ, alioquin ipsi appellationi renuntiasse intelligatur, & prima sententia firma, remaneat, & executioni mandetur, nõ obstante quacũq; nullitate etiã euidenti, & etiam quæ ex defectu Iurisdictionis, puenire diceretur, & quæ tam principaliter quã per uiã exceptionis deduci posset.

¶De eodem.

POstquã statim & sine ullo interuallo statutus sit & esse intelligatur appellanti uel nullam dicenti, & appellato uel appellatis uel

HAYKOBA ЕЛЕКТРОННА ОБРАЗОВНА ИНФОРМАЦИОНЕН ЦЕНТЪР МЕЧНИКОВА

contra quē uel quos nulla dicitur, terminus octo dierū utilium probandi, producendi, ostendendi, & opponendi, tam super nullitate, quā iniqui tate dictæ sententię & aliis ad ipsam causam pertinentibus, quicquid ipsæ partes & quæliber earū uoluerint: ipsoq; termino finito statim omnia agitata, producta, & ostensa in ipso termino intelligantur & sint ipso iure publicata, & de eius utriq; parti fiat copia si fuerit requisita.

¶De eodem.

SVccessiue uero statim statutus sit & esse intelligatur ipso iure utriq; parti terminus sex dierū utilium, reprobandi, & impugnandi, & excludendi, quecūq; agitata propucta & ostensa in dicto primo termino probatorio: & si aliqua partiū in ipso termino reprobatorio ꝓduxerit articulos uel capitula tendentia ad reprobandum probata & ꝓducta per alteram partem in primo termino ꝓbatorio, Capitula ipsa & articuli produci debeant per tres dies utiles ante finem dicti termini reprobatorii, parte præsente uel legitime ad hoc citata, & sibi data uel oblata copia aliter produci nō possint nec admitti, & tunc liceat alteri parti contra quā producta fuerint & cuilibet alteri cuius interfit coadiuuare & coroborare per legitimas probationes probata uel producta in dicto primo termino: Quo termino reprobatorio elapso, quælibet agitata producta & ostensa in dicto termino intelligantur & sint ipso iure publicata, & de eis fiat copia utsupra, & ꝓ omnes exceptiones sint saluæ in fine litis, & reiectæ intelligantur, & cætera prout in ordinibus principalis causæ superius continetur in statutis positis sub rubrica de iuditiis.

¶De eodem.

Einde dictæ partes compareant & deferant uel exhibeant coram cōmissario ipsius causæ, processus & omnia acta dictæ causæ, nullitatis, & appellationis & iura sua.

¶De eodem.

VI cōmissarius uisis & diligenter examinatis predictis & partium allegationibus, quæ fieri uoluerint auditis, teneatur & debeat eam causam diffinire & terminare per eius sententiam diffinitiuam, in termino dictoꝝ dierum utilium utsupra limitatoꝝ, congrue referendo.

¶De eodem.

OStquā lata fuerit dicta sententia, in dicta causa appellationis uel nullitatis, in quantum & quatenus confirmata fuerit prima sententia lata in causa principali, nō liceat amplius ꝓuocare, nec appellare a dicta sententia, nec nulla dici, nec eidem aliqualiter contrairi, nec contra eam quicquā excipi, uel opponi, Sed prout lata fuerit executioni mandetur omnibus iuris remediis.

¶De eodem.

SI uero per ipsam sententiā latā in dicta causa appellationis uel nullitatis fuerit dicta prima sententia annullata, uel reuocata, uel aliqualiter reformata, particulariter, uel in totum, tunc liceat succumbenti in causa apellationis uel nullitatis & cuilibet alteri, cui de iure liceat appellare, uel nullam dicere infra terminū quatuor dierum continuorū a die scientiæ latæ sententię exclusiue & nō ultra, a dicta tali sententia appellare, & nullam dicere ad iudicem competentem utsupra.

¶De eodem.

T intelligantur esse termini limitati, in omnibus & per omnia, prout superius in prima causa appellationis est expressum, mutatis mutandis, & congrua cōgruis referendo, saluo ꝓ instantia dictę secundę appellationis, duret diebus. xxv. utilibus, infra quem ter-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

minum proferri debeat ſententia, Quæ ſententia quatenus fuerit conformis executioni mandetur omnibus iuris remediis.

¶De eodem.

Item ꝓ. D. Poteſtas Vigleuani, & quilibet iuſdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, Teneantur & debeant eorꝫ ſententias tam in cauſis principalibus, quã in cauſis appellationum & tam de conſilio quã ſine conſilio, proferre in ſcriptis clare & aperte, ac ſine ulla dilatione uel alternatione, & in ipſis ſententiis declarare & taxare expenſas litis dãna & intereſſe, in caſibus in quibus pars in ipſis dãnis & intereſſe de iure ueniat comdẽnanda ſub pœna iuſdicenti librarũ Centum ducali camerę applicandarũ, nõ poſſit quoqꝫ iudex ſententiã proferre prout in tali cedula danda notario, ſed ea ſententia debeat legi & pferri clare utſupra, alias ſit ipſo iure nulla.

¶De eodem.

Prædicta diſpoſita in cauſis appellationũ, nõ habeant locum in cauſis & caſibus ſpecialibus, in quibus prohibita ſit appellatio, uel nullitas a iure Cõmuni, uel ex forma præſentium ſtatutorꝫ uel decretorꝫ ducaliũ.

¶A quibus ſententiis nõ poſſit appellari.

Appellari nõ poſſit a ſententia lata in cauſis bãnorꝫ, interdictionum adminiſtrationũ bonorꝫ, & in cauſis alimentorꝫ, quæ debentur pietatis cauſa, tam de præſenti quã de futuro, necnõ in caſibus mercedum nõ excedentium sũmam librarum quinquaginta imperialium nec in caſibus quibus appellationes ꝓhibentur a iure, uel ex forma prẹſentium ſtatutorꝫ, nec ab aliquibus ſententiis latis uel ferendis ſuper taxationibus expenſarũ litis, uel ſuper eo de quo queſtio uertit an expenſæ litis debeantur, nec a ſententiis interlocutoriis, quæ uim diffinitiue nõ habeant in aliis autẽ caſibus in quibus poteſt appellari Iudex

ille, a quo appellatum fuerit, teneatur & debeat deferre appellationi ſub pœna librarũ Centum Imperialium Cõmuni Vigleuani applicandarũ, qualibet uice exigenda, etiã ante ſindicatum ſine alia comdẽnatione, & in prædictis caſibus in quibus nõ poteſt appellari, nõ poſſit etiã peti reuiſio arbitramentorꝫ, in cauſis uero onerũ tam ordinariorꝫ quã extraordinariorũ admittatur appellatio, ſed nõ retardetur executio.

¶In cauſa appellationis quomodo poſſit probari.

IN cauſa appellationis liceat tam appellato quã appellanti probare nõ probata in cauſa principali, tam ſuper nouis, quã antiquis capitulis.

¶Rubrica generalis de executionibus realibus, & perſonalibus & mercede famulorum.

¶De ſententiis executioni mandandis.

Vilibet iuſdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani requiſitus, teneat & debeat executioni mittere omnes ſententias, per quẽcunqꝫ iuſdicentem uel dellegatũ latas, uel quæ decẹtero ferentur, & etiã prẹcepta arbitria uel arbitramenta quẹ in rem tranſiuerint iudicatam, & quẹ mereantur executionem, omnibus iuris remediis elapſo termino, in ſententiis arbitriis uel arbitramẽtis appoſito, & ſi appoſitus nõ fuerit terminus in ſententia uel arbitramentis utſupra teneat executioni mandare lapſis triginta diebus poſt latã ſententiã, uel arbitria uel arbitramenta utſupra, ſub pœna librarꝫ quinquaginta imperialiũ pro medietate Cõmuni Vigleuani, & pro alia medietate parti applicandarũ, tam contra comdẽnatos & eorꝫ hæredes, quã contra poſſeſſores bonorꝫ quæ erant comdẽnati tempore littis conteſtatẹ, ita tamen ꝓ prius fiat excuſſio contra comdẽnatũ & hæredẽ ſaluo ꝓ ſi quis petierit executionẽ alicuius ſententiæ latæ, uel præceptorꝫ arbitriorꝫ uel arbitramentorꝫ factorũ ab anno retro, tunc iudex nõ debeat executionẽ

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

ipsam concedere, nisi citato eo cōtra quem petitur executio uel eius hę-
rede, quo uel eius hærede citato, & non comparente uel legitimam cau-
sam defensionis non ostendente infra breuem terminū a iudice statuen-
dum, nō obstante eius contradictione fiat executio.

¶De executione ultimarum uoluntatum testa-
mentorum & donationū causa mortis.

QVIlus iusdicens aut officialis Ciuitatis & Comitatus Vigleua
ni, uel feudatarius, aut eius officialis aut delegatus, quacunq;
fulgeat dignitate, uel præditus sit authoritate, audeat nec præ-
sumat defunctorꝫ testamenta, legata, seu donationes causa mortis, legiti-
me confecta, seu confectas infringere, aut quouismodo executionē im-
pedire, Sed ipsas ultimas uoluntates legitime confectas ut supra, teneant
ii ad quos quomodocunq; spectet, postquā fuerint legitime requisiti exe
qui quā celerius fieri possit, ulla absq; prorsus cauilosa, uel sinistra inter
petratione, & nisi illa uel ea quæ menti testatori legittime deseruiat ad-
missa, procedendo sūmarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura
iudicii, quibuscunq; exceptionibus friuolis omnino reiectis, nec quisquā
iusdicentium, feudatariorꝫ, & officialium, aut alia quæuis persona pręsu-
mat, quouismodo dirrecte nec per indirrectū, alicui inhibere uel ꝓhibe-
re quin quisq; in Ciuitate & Comitatu Vigleuani possit & ualeat, prout
maluerit legitime, testari codicillari, uel causa mortis donare, sciētes qui
prędicta negligent aut cōtrauenire pręsumpserint, pœnas cōtra iuris dis-
positionē contēnētes, æditas se incursuros, & ulterius talis inhibēs priuet
hæreditate uel legato delata, uel delato, ex testamento uel abintestato.

¶Quod nemo pro debito priuato possit perso-
naliter capi nisi in casibus infrascriptis.

NEmo pro debito priuato regulariter possit personaliter capi, nec
contestari nisi in causis & casibus infrascriptis uidelicet pro com-

dēnationibus expensarꝫ litis, quæ transiuerint in rē iudicatā, item pro de
positis ueris & actualibus itē pro alimentis, item pro fictis seu redditibus
debitis ꝑ quoscūq; colonos partiarios fictabiles, pensionātes molinarios
emphiteotas, qui nō habent pactū luendi, & item in omnibus casibus ex
pressis in statutis Viglauani, in quibus omnibus casibus in quibus perso
nalis detentio ex forma præsentiū statutorꝫ fieri potest, nō possit debitor
bona dare insolutū creditori suo ad euitandā executionē personalem, sed
si petat a iudice terminū mensis ad uendendum bona ut creditori suo ex
causis suprascriptis satisfaciat, id iudex facere teneatur, modo idonee fi-
deiubeat de soluendo in pecunia numerata lapso mense, aliter terminus
nō concedat, nec personalis executio diferat & si captus fuerit nō relaxe
tur nisi facta solutione, possit etiam in alio casu debitor personaliter capi
quando executio realis concessa fuerit, & nō reperiatur ubi pignoratio in
bonis mobilibus, uel missio in immobilis, aut sequestratio in iuribus fie
ri possit, de quo constet in actis iudicis per relationem seruitoris & ba-
rueriorum etiam mediante iuramento.

¶De his qui non possunt capi ratione ætatis, uel alia causa.

EX quocunq; debito publico uel priuato minor decemocto an-
nis, & maior annis sexaginta personaliter detineri nō possit nec
etiā ducentes & qui conducent uictualia ad præsentē Ciuitatē
Vigleuani, nisi in specie ex forma præsentiū statutorꝫ in contrariū cautū
fuerit, & huic statuto renuntiari nō possit, etiam cum iuramento.

¶De rebus prohibitis derobari.

NON possint etiā pro debito priuato pignorari uel derobari ue
stes mulieris, ab eius mulieris usu, nec lectus cōmunis ad promis
cuū usum uxoris & mariti, etiā de mulieris uoluntate, & expres-
so consensu, libri rationū, libri iuris ciuilis, & canonici, ac artium libera-
lium, ac cartæ, iura, & scripturæ. Cupi, & lignamina domorum, torcular
& instrumenta torcularis, & bestiæ aratoriæ & instrumenta ad culturam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

facientia, & hoc sub pœna nullitatis & librarum Quinquaginta Imperialium Cõmuni Vigleuani pro dimidia, & pro altera dimidia parti applicandarũ.

¶De modo seruando per seruitores & famulos in executionibus fiendis.

DON possint baruerii, & famuli. D. Potestatis aliquã executionẽ uel pignorationẽ facere, In executione alicuius precepti alicuius iusdicẽtis, si executionẽ facient in Ciuitate Vigleuani & eius suburbiis nisi cũ interuentu unius ex seruitoribus Cõmunis Vigleuani, si uero extra Ciuitatẽ & suburbia ultra seruitorẽ etiam habeant consulẽ illius loci in cuius loco uel territorio fiet executio, & teneant dicti seruitores & famuli, si fuerit in Ciuitate penes cõuicinũ, & si extra Ciuitatẽ penes consules loci uel territorii debite referendo, pignora derobata reponere, ad finẽ ut de eis fieri possit, prout per iusdicentẽ ordinatũ fuerit, & hoc sub pœna nullitatis & librarũ Quinquaginta imperialium Cõmuni Vigleuani applicandarũ, Teneanturq; consules si requisiti fuerint prædictis interesse, & dicti cõuicini & consules pignorata acceptare, sub predicta pœna pro qualibet uice Cõmuni Vigleuani applicanda pro dimidia, & pro dimidia parti.

¶De eodem.

TEneant seruitores & famuli, qui executionem facient pignora derobata eo die, uel sequenti describi facere in actis illius iudicis de cuius mandato facta fuerit executio, & nomina illorũ pariter & cognomina penes quos dicta pignora reposuerint, sub pœna librarũ Quinquaginta pro medietate Cõmuni Vigleuani, & pro alia medietate parti applicandarũ.

¶De eodem.

POST factam pignorationem, & exequutionem, statuat terminus dierũ trium parti, cui facta erit pignoratio ipsa, ad redimendũ

ipsa pignora, Quo termino elapso, & ipso nõ redimente publice subhastent, ita tamen q; emptores teneant ea pignora pro eodem precio dare illis cui derobata fuerint, intra quinq; dies tantũ, nec ad dictã subhastationem possint dicta Pignora uendi alicui foresterio, nisi satisderit dictus foresterius de seruando formã dictæ subhastationis.

¶Quod nullus capiatur in certis locis, & diebus, nec derobetur in certis diebus.

NVllus capiat, nec derobet, pro aliquo debito priuato, uel publico, per dies septem ante, & dies septem, post festum Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & festũ Paschatis resurrectionis, & si quis eo tempore reperiat in carceribus detentus, relaxet præstita idonea & supposita Iurisdictioni Potestatis fideiussione, parte citata, uel præsente, aut de reuertendo, & se consignando, ad & inter carceres in fine ipsorũ septem dierũ sequentiũ post dicta festa, aut de soluendo debitũ, pro quo detentus fuerit, Item nullus capiat nec derobetur in aliis diebus feriatis introductis in honorem Dei & Sanctorũ, Non possit etiam aliquis pro aliquo debito priuato, capi in ecclesia uel in loco sacro, nec etiam in Pallatio Cõmunis Vigleuani, nec in domo habitationis propriæ, uel alterius, nec diebus mercati seu nundinarũ, nec etiã extra quam fuerit a carceribus relaxatus, & si quis a carceribus relaxatus fuerit intuitu pietatis pro eadem causa nõ possit amplius capi.

¶Quod Consiliarii, ea die qua fit consiliũ nõ possint capi.

CONsiliarii de consilio maiori, nõ possint, ea die, qua fit consiliũ, pro debito publico, uel priuato, personaliter capi.

¶Quod detenti pro debito publico, uel ex maleficio, nõ possint sequestrari.

ALiquis qui pro debito publico, uel ex imputatione maleficii detineant, nõ possit pro debito priuato contestari, uel sequestrari, &

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOVA

si contrafieret nō ualeat. Idem etiam locum habeat, quando quis sine licentia iudicis uel in loco, aut tempore prohibitis, captus fuerit pro debito siue publico, siue priuato.

¶Quod fugitiui possint capi, quolibet die etiam feriato.

QVilibet qui fugā fecerit, pro debito publico uel priuato uel suspectus fuerit de fuga, de qua suspitione constet per iuramentū creditoris, & unū testem fidedignū, parte nō citata & sūmarie sumptum, talis fugitiuus, uel suspectus de fuga capi possit, in quocunq; loco & tempore, etiam alias quomodocunq; prohibitis & iuxta formam decreti contra eos æditi.

¶De mercede seruitorum & famulorum.

SEruitores habere debeant, pro citandis aliquibus in Ciuitate & suburbiis Vigleuani, Imperiales sex, extra Ciuitatē ultra dictos imperiales sex soldum unum pro milliari, & hoc si fiant in scriptis, si autem oretenus, in casibus in quibus fieri possint oretenus imperiales tres & si fuerint citationes pro maleficio habeant duplum.

¶De eodem.

SI derobatio facta fuerit in Ciuitate uel suburbiis seruitor & famuli quotquot fuerint a decē libris infra habeant soldos duos imperialium, extra uero Ciuitatem habeant duplum, & ulterius soldum unū pro milliari pro singulo eorum.

¶A decem libris usq; ad centum, intra Ciuitatem & suburbia, habeant soldos quattuor, extra Ciuitatem duplum utsupra.

¶A libris Centum usq; ad quinque centum, Intra Ciuitatem & suburbia soldos decem, extra Ciuitatem duplum utsupra.

¶A libris uero quinque centū usq; ad quācunq; sūmā, intra Ciuitatem & suburbia soldos triginta duos, imperialium, extra uero ciuitatem & suburbia duplum, & soldum unū pro milliari, pro singulo eorū.

¶Pro mercede missionis seu asociationis in possessionē, habeant seruitor & famuli quotquot sint numero, intra ciuitatē & suburbia soldos sedecim etiā q; plura essent loca, modo sit idem creditū, extra uero Ciuitatē & suburbia habeant duplū, & ulterius soldos duos imperialiū pro milliari pro singulo eorū.

¶De mercede capturæ.

PRO captura personæ, pro debito pecuniario, a libris decem infra in Ciuitate & suburbiis, habeant famuli soldos sex imperialium, extra uero ciuitatem & suburbia habeant duplū, & soldos duos imperialium pro milliari pro singulo eorū.

¶A libris decem usq; ad centū habeant duplicatā mercedem in Ciuitate & suburbiis, & Comitatu, singula singulis congrue referendo.

¶A libris centum usq; ad quācunq; sūmam habeant intra Ciuitatem & suburbia soldos uiginti imperialium.

¶In Comitatu uero soldos Quadraginta & soldos duos pro milliari pro singulo eorū.

¶De mercede capturæ ex maleficio.

PRO qualibet captura facta de aliqua persona inculpata de aliquo crimine, seu delicto ex quo pœna mortis ueniat imponenda habeant famuli quotquot fuerint numero, in Ciuitate & suburbiis Vigleuani, soldos quadraginta imperialium, extra uero ciuitatem & suburbia habeant duplum & soldos duos pro milliari pro singulo eorum, si uero non ueniret imponenda mortis, Sed alia pœna corporalis habeant intra Ciuitatem & suburbia soldos triginta, & in territorio duplū, ac soldos duos pro milliari pro singulo eorū.

¶Si uero ex aliquo crimine seu delicto ex quo solum pecuniaria pœna esset inferenda, habeant idem quod taxatum est pro capturis debitorum pecuniariorū ad ratam pro rata, singula singulis, congrue referendo.

HAYKOBA BIEMOTEKA OHYHY IMEHI I. ПЕЧНИКОВА

¶De mercede custodis carcerum.

QVllus officialis, uel custos carcerũ, Ciuitatis uel Comitatus Vigleuani, possit, nec audeat nec præsumat, accipere, consequi, nec habere, ab aliquo carcerato pro introitu, exitu, clauibus, cõpedi tura, cippo, ligatura etiã ad torturã, neq; alia quauis causa, præter expensas cibi & potus, nisi soldos decem imperialiũ, & pro custodia cuiuslibet diei soldum unũ imperialiũ. Et hæc omnia obseruare habeant dicti seruitores & famuli & custodes, sub pœna librarũ uigintiquinque imperialiũ applicandarũ Cõmuni Vigleuani. Sit etiã in facultate carceratoꝝ si uoluerint emere cibum & potũ unde uoluerint, & sibi portari facere absq; aliqua contradictione custodis carcerũ, sub pœna prædicta custodi prohibenti imponenda. Si uero officialis uel custos fecerit impensam cibariã carceratis, habeat singulo die pro dictis impensis cibariis, put taxatũ est decretis ducalibus.

¶Rubrica generalis, de fraudibus remouendis.

AD tollendas fraudes, quæ quottidie fiunt. Cautũ est q; omnis persona, Cõmune, Collegiũ, uel uniuersitas, quæ constituit uel fecit aliquẽ suũ ꝓcuratorẽ uel sindicũ præsentem uel absentẽ tam ad causas quã ad contrahendũ & distrahendũ, uel ad alia quæcunq; negocia, & etiã omnis persona, Cõmune, Collegiũ uel uniuersitas, quæ infuturũ constituet sindicũ uel procuratorẽ ad premissa, Non possit illũ reuocare tacite nec expresse, nisi de dicta reuocatione fiet publicũ proclama sono tubæ ad scallas Pallatii Cõmunis Vigleuani, & ad fores ecclesiẽ maioris, & de dicta reuocatione & dictis cridis ponat' copia in actis præfati Domini Prætoris Vigleuani, & reuocatio aliter facta nõ ualeat, nec noceat.

¶De Emancepato stante cum ascendente.

SI quis infuturũ emancepatus fuerit ab aliquo ascendente & post emãcepationẽ steterit in eadẽ domo cũ ascẽdente, omnia assignata

in præmiũ emancepationis, & omnia quæ continget talem emancepatũ acquirere, quocunq; titulo teneantur & obligata sint creditoribus ascendentis, ac si dicta emancepatio facta nõ fuisset, & præsumat' dictũ emancepatum stare cũ ascendente nisi probetur contrariũ.

¶Quod acquisita per uxorem, matrẽ, uel auiam acquisita esse intelligantur, marito filiis & nepotibus.

SI mulier constante matrimonio, rem aliquã uel ius acquisiuerit, uel pecuniam nuntio dederit uel crediderit, totum id quod acquisiuerit uel crediderit acquiratur marito, nec prosit ei protestatio seu renuntiatio in contrarium facta per maritũ, etiam quocunq; iuramento uallata, & contra prædicta acquisita uel credita, saluũ sit ius creditorum mariti, uel soceri, cum quo maritus uiueret sicut contra alia bona mariti, saluo tamen iure dotis ipsius mulieris & bonorum parafrenalium, quæ obligata esse non intelligantur creditoribus eidem posterioribus, & saluo nisi ipsa mulier docuerit, bona ipsa acquisita uel credita utsupra, obuenisse sibi ex successione, uel legato, uel testamento, mediate uel immediate uel ex donatione, ab aliquo alio, quã a marito uel a socero facta de bonis propriis ipsius, & non acquisitis a marito, uel a socero.

¶Idem seruetur in omnibus in matre stante, & habitante seu uiuente cum filio uel filiis, mortuo marito ut ipsis filiis acquiratur, & in auia stante uel habitante cum nepote uel nepotibus mortuo marito, ut ipsis nepotibus acquiratur modo supra dicto.

¶Quod nullus beneficio inuentarii possit esse hæres.

QVllus infuturũ in Ciuitate nec Comitatu Vigleuani beneficio inuentarii possit esse heres, nec aliquã hæreditatem capere, & si quis dubitauerit hæreditatẽ alicuius adire, uel in ea se imiscere dent' ei terminus seu termini ad deliberãdũ & respõdendũ secũdũ formã

HAYKOBA ЕЛЕНА ОЛЕКСІЇВНА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſtatutorũ ſub Rubrica generali de interrogationibus, Si tamen aliquis uoluerit inuentariũ facere, cauſa conſeruandi trebellianicã, aut falcidiã, Id ei liceat facere.

¶De donatione facta in fraudem.

SI quis infuturũ donationẽ fecerit ſub quocunq; nomine, bonoꝝ ſuoꝝ, ſiue in toto, ſiue in parte, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, illa Donatio nõ noceat creditoribus, Quos habet uel habebit infuturũ niſi donatio ter lecta fuerit & publicata in tribus diebus, ſono tubę prę miſſo ad Scallas Pallatii Cõmunis Vigleuani, & ad ualuas eccleſiæ maioris & dicta Donatio regiſtret' in actis notarii Domini Prętoris Vigleuani, & aliter dicta Donatio nõ noceat creditoribus, poſtea contrahentibus cũ donatore.

¶Rubrica generalis de ſucceſſionibus abinteſtato.

¶Quod mulier Aſcendens nõ ſuccedat Deſcendẽti, ſtantibus agnatis.

NVlla mulier aſcendens, ſuccedat Deſcendenti, ita q̃ etiã in legitima excluſa ſit, exiſtentibus agnatis maſculis, uſque ad Quintũ gradum incluſiue ſecundũ ius ciuile computandũ, Sed habeat dimidiã partem uſusfructus totius hæreditatis, Quo tamen uſufructu ipſo iure ſit priuata, uel ipſum nõ habeat mulier, ſi quandoq; tranſiuerit ad alia uota, Ideoq; uſusfructus eo caſu ad Prædictos agnatos deferrat'. Eo tamen caſu ſemel tantũ habeat libras quinq; pro centanario librarũ imperialium ualoris totius hæreditatis.

¶De eodem.

AVus maternus uel alius aſcendens ex linea materna nõ ſuccedat deſcendenti abinteſtato exiſtentibus agnatis maſculis uſq; ad quintum gradum incluſiue ſecundum ius ciuile computandum utſupra.

Qualiter maſculi deſcendentes præferrantur fœminis, in ſucceſſione aſcendentium utriuſq; ſexus.

IN ſucceſſione aſcendentium ex linea maſculina decedentium abinteſtato, Maſculi deſcendentes præferrantur fœminis natis ex eodem matrimonio, uel ex alio matrimonio, & ab eis fœminis, tam ex primo, quã ex quolibet alio matrimonio natis, deſcendentibus utſupra, & etiam fœminis, & ex eis deſcendentibus natis ex deſcendente, maſculo præmortuo, ante mortem eius aſcendentis, de cuius hæreditate tractari contingeret. Teneantur tamen ipſi maſculi eo caſu, dotare eas fœminas ex linea maſculina deſcendentes excluſas utſupra, temporaliter, uel ſpiritualiter, decenter ſecundum qualitatem perſonarũ, & uires patrimonii ipſius decedentis, infra decimũ octauũ annũ ſuæ ætatis completũ ad minus, ſi dotatæ nõ fuerint, & interim teneantur eas condecenter alimentare, & ſi maſculi excludentes utſupra negligentes fuerint, infra dictũ tempus in dotando dictas mulieres, uel aſſignando dotes, ſit in electione talis mulieris, habere dimidiam partem illius partis quam habitura fuiſſet de iure Cõmuni abinteſtato, ex bonis defuncti, uel cogere ipſos excludentes ad dotandum eas inſpecta qualitate perſonarũ uiriũq; patrimonii, nec obſtet dictis mulieribus excluſis utſupra, ad conſequutionem dictæ dimidiæ, uel dotis utſupra, aliqua alienatio per excludentes facta, nec aliquæ cridæ de eorum bonis ad inſtantiam cuiuſlibet perſonæ Collegii uel uniuerſitatis factæ eis mulieribus aliquo modo prę iudicent.

¶De eodem.

IN ſucceſſionibus autem aſcendentis ex linea fœminina abinteſtato decedentis, maſculi deſcendentes eiuſdem matrimonii præferrant' fœminis deſcendentibus ex eodem matrimonio & ab eis fœminis deſcendentibus, ac etiã fœminis natis ex deſcendente maſculo ex eodem matrimonio natoprę mortuo tamẽ ante mortẽ talis aſcendentis, de cuius hęreditate tractari cõtingat. Si uero cõtingat aſcẽdentẽ ex linea fœminea

HAYKOBA ЕЕЕЕЕКА ОНУ імені І. ФРАНКА

utſupra, decedere inteſtatum, relictis deſcendentibus ex pluribus matrimoniis, & ex uno quoq; matrimonio adſit maſculus, uel maſculi, & fœmina uel fœmæ, deſcendentes maſculi excludant fœminas. Sed in diuiſione hæreditatis fœminæ excluſæ unius matrimonii, faciant partem, ad utilitatem maſculi eiuſdem matrimonii, eas excludentis. Si uero contingatur aſcendentem ex linea fœminea decedere inteſtatum utſupra, relictis ex uno matrimonio deſcendentibus fœminis tantum & ex alio uel aliis matrimoniis adſint deſcendentes maſculi, hi deſcendentes maſculi nõ excludant deſcendentes fœminas alterius matrimonii. Sed eo in caſu fœmina ſeu fœminæ deſcendentes alterius matrimonii utſupra ſuiq; deſcendentes ex earum perſona, admittantur ad ſucceſſionem talis aſcendentis ex linea fœminea una cum dicto maſculo uel maſculis alterius matrimoniorum quemadmodum ſi fuiſſet maſculus uel fuiſſent maſculi. Eo tamen caſu dicti maſculi excludant fœminas eiuſdem matrimonii, ſi extent, & tunc fœminæ excluſæ faciant partem ad utilitatem maſculi, in diuiſione hæreditatis utſupra.

¶De eodem.

IDem in omnibus & per omnia referendo ſingula ſingulis & congrua congruis ſeruetur, ſi talis aſcendens deceſſerit teſtatus, q̃ maſculi deſcendentes ex linea maſculina, ſemper, & omni caſu præferrantur fœminis natis utſupra, & ab eis fœminis deſcendentibus maſculis & fœminis etiam gradu proximioribus, nec poſſint ipſæ fœminæ uel etiam maſculi ex eis fœminis deſcendentes, exiſtentibus deſcendentibus maſculis ex linea maſculina, aliquid aliud petere in bonis talis aſcendentis, uel aſcendentium ſic decedentis, uel decedentium ex teſtamento, niſi quatenus ipſe aſcendens in ſuo ultimo teſtamento uel ultima uoluntate eis relinquere uoluerit, cũ eis fœminis ſatis ſit eas decenter alimentari & dotari utſupra, & intelligant eſſe legittime, & decenter dotatæ, quando in ultima uoluntate ab aſcendente fuerit certa quantitas eis relicta, uel aliud relictum, & per eas poſtea habita uel habitum uel

q̃ per debentes dare, nõ ſteterit quominus habuerint, cui relicto ſtare teneantur nec poſſint dicere relictum eſſe minus legittima uel petere ſuplementum legittimæ, uel ipſam legittimam in bonis paternis uel maternis uel alicuius aſcendentis. Sed ipſa re uel quantitate relicta utſupra contentæ ſint.

¶Idem habeat locum, ſi mulier dotata fuerit & tradita matrimonio temporaliter, uel ſpiritualiter, uiuente aſcendente ſuo, q̃ intelligatur idonee dotata etiam reſpectu facultatum matris uel auiæ, ſiue ipſa aſcendens uiuat ſine non, ita q̃ ad ſucceſſionem non admittatur. Sed contenta ſit ipſa dote.

¶Quomodo mulier præſumatur eſſe dotata.

SI contingat infuturum mulierem maritari, & ſteterit per decem annos maritata, q̃ ſuper dote non mouerit querimoniam præſumatur dotata, quo ad hoc ut tamquã dotata repellatur, a ſucceſſione aſcendentium & non aliter. Idem ſi mulier intrauit, uel intrabit religionem, præſumatur ante ingreſſum eſſe idonee dotata ad hoc ut repellatur a ſucceſſione cuiuſcunq; aſcendentis & collateralis.

¶De muliere excluſa, a ſucceſſione aſcendentis, per maſculum qualiter iterum admittatur.

SI contingat maſculum prælatũ fœminæ in ſucceſſione aſcendentium utſupra, decedere, abinteſtato ſine deſcendente & aſcendente maſculo legitimo, ex linea maſculina. Tunc illa fœmina excluſa ſe uiuit admittatur in capita ad ſucceſſionem bonorũ ipſius aſcendentis cũ fœmina uel fœminis deſcendentibus ipſius defuncti qui excluſit, collata tamen dote, & bonis parafrenalibus ſi eam dotem & parafrenalia ab aſcendente uel excludente habuerit, uel alio, uel aliis eorum uel alterius eorum contemplatione.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I.I. MECHNIKOBA

¶De ſucceſſionibus fratrũ,& ſoroꝝ abinteſtato decedentiũ.

SI quis deceſſerit abinteſtato, ſine deſcendente paterno maſculo,& deſcendente maſculo uel fœmina,& reliquerit fratrẽ;uel fratres,coniunctũ uel coniunctos ex parte patris tantũ,uel nepotem uel nepotes natũ,uel natos ex talibus fratre uel fratribus,& reliquerit fratrẽ uel fratres,coniunctũ uel coniunctos,ex parte patris & matris,uel nepotem uel nepotes natũ uel natos ex talibus fratre uel fratribus,ꝙ ita ſuccedat & ſuccedant frater & fratres nati ex parte patris tantũ & nepos uel nepotes nati ex talibus fratre uel fratribus ſicut frater uel fratres coniuncti ex parte patris & matris,& ſicut nepos uel nepotes nati ex talibus fratre uel fratribus,& hoc in bonis aliunde obuentis quam a Cõmuni aſcendente ex linea fœminina eoꝝ de quoꝝ ſucceſſione agitur: Idem ſeruet etiã ſi deceſſerit relicto aſcendente paterno maſculo,& ſine deſcendentibus maſculis & fœmininis,& relictis dictis talibus fratribus & nepotibus: Idem per omnia intelligat in ſororibus Deſcendentibus Abinteſtato utſupra, & in ſororibus peruenientibus ad ſucceſſionem fratris uel ſororis.

¶De eodem & ſucceſſione collateraliũ.

IN collateralis ſucceſſione abinteſtato decedentis ſine filiis uel deſcendentibus,Agnatus maſculus uſq; ad quintũ gradũ inclusiue ſecundũ ius ciuile cõputandũ excludat omnes mulieres ſalua tamẽ diſpoſitione ſtatuti incipienti nulla mulier,ſaluo ꝙ ſi aderit ſoror filia fratris uel amitta defuncti ꝙ nõ excludant niſi a patre auo paterno fratre & filio fratris defuncti uel defunctæ Alios uero agnatos preter præmiſſos ipſæ mulieres excludant,ſaluo ꝙ ſi dictę mulieres concurrerint cũ patruo uel patruele defuncti uel defunctæ,ꝙ eo caſu ſi una ſoror fuerit dimidiã hæreditatis,ſi plures uel ſoror & filia fratris duas partes habeant,reſiduũ uero ꝓximior agnatus ſi uero filia uel filiæ fratris quotquot ſint numero concurrant cũ prædictis habeant tertiã partem hæreditatis,reſiduũ ipſi agnati utſupra,ſi uero filia fratris,& amitta,uel

amittæ ſimul aderint,& concurrant cũ prædictis admittant in capita ad dictam tertiã partem totius hæreditatis & reſiduũ habeant agnati ꝓximiores utſupra,ſi uero ſoror & amitta cõcurrant cũ prędictis,amitta nõ ſuccedat,ſi quis uero caſus ultra prædictos euenerit remanente ſemper agnato ꝓximiori utſupra ſupraſcripta portione debite referendo diuidatur reſiduũ inter mulieres ſecundũ iuris cõmunis diſpoſitionẽ,Teneant ſemp maſculi tamen,excludentes,dotare ſecundũ uires hæreditatis condecenter mulieres in totũ excluſas,ſi dotatæ nõ fuerint,uel alere,ſi nõ habeant aliunde unde ſe dotent uel alant,& ſit in electione mulierũ,uel alii uel dotari.

¶Quod agnati excludant cognatos.

IN ſucceſſione collateraliũ abinteſtato decedentiũ Agnatus maſculus uſq; ad quintũ gradũ inclusiue,ſecundũ iura ciuilia computandũ,præferat cognato & cognatæ,& etiã aſcendenti ex linea materna defuncti,ſalua tamẽ diſpoſitione ſtatuti incipientis nulla mulier &c.

¶Mortuo uiro quid lucretur uxor.

MArito mortuo cum filiis uel ſine filiis,uxor lucret ultra dotem ſoldos quatuor imperialiũ pro qualibet libra imperialiũ sũmæ dotis ſuæ,de bonis uiri tantũ,& nõ plus,& quod lucrũ faciat in primo matrimonio tantũ. Poſſitq; etiã exiſtentibus filiis,ſecundo loco nubere,& dotẽ ac lucrũ dare & traddere ſecundo uiro,ſaluo iure liberorũ primi matrimonii ut in ſtatuto ſequenti,nec poſſit mulier ſecundo uel tertio nubens paciſci aliquo modo cum marito in præiudicium filiorum alioꝝ matrimonioꝝ.

¶Mortua uxore quid lucretur maritus.

MOrtua uxore maritus lucret nõ exiſtentibus liberis alicuius matrimonii,medietatẽ dotis datæ uel ꝓmiſſę tantũ,exiſtentibus uero liberis eiuſdem matrimonii,habeat tantũ uſufructum totius

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dotis ꝓprietate ipsis filiis reseruata, quæ in eos eorũq; hæredes quoscũq; perueniat & peruenisse intelligat ipso iure, etiam si de eorũ expressa uoluntate nõ appareat, nisi expresse & legitime renunciauerint, si uero ex alio matrimonio uel matrimoniis adsint liberi, & ex eodem matrimonio nulli, ꝓ eo casu maritus succedat uxori cum liberis aliorũ matrimoniorũ in capita, in tota, dote sine aliqua diminutione legittimę per liberos fienda, si uero ex omnibus matrimoniis fuerint liberi, ꝓ omnes æqualiter succedant seruata tamen forma statuti incipientis in successione ascendentis ex linea fœminina. Hoc intellecto ꝓ filii pluriũ matrimoniorũ succedant æqualiter in dote quã mulier primo marito dedit, alia autem quę a maritis uel eorũ affinibus dono uel aliter habuerit, uel etiã ex successione filiorũ acceperit, reseruata sint filiis illius matrimonii, unde ipsa lucra & successiones peruenerint.

¶ Idemq; seruet in patre transeũte ad secunda aut ulteriora uota, ut teneatur quæcunq; lucra & successiones filiis illius matrimonii unde peruenerint reseruare, patiaturq; pater trãsiens utsupra eas pœnas quę matri transeunti ad alia uota irrogantur a iure.

¶ Quod maritus possit relinquere uxori usq; ad quartam partem bonorũ suorum.

Maritus possit in eius ultima uoluntate relinquere uxori suæ usq; ad quartã partem bonorũ suorũ inclusiue & nõ ultra, uel usumfructũ omniũ bonorũ ipsa seruante uitam honestã & uidualem. Quæ quarta intelligat deducto ære alieno, & funeris impensis.

¶ De quibus rebus liceat uxori testari.

Xori liceat testari, etiam sine consensu mariti de omnibus, preterquã de ea parte dotis quam lucratur maritus uigore præsentium statutorum, uel ex pacto, possitq; libere omnia eius bona marito relinquere.

¶ Quod certa uerba idem importent.

Vod ista uerba, intestatus, uel intestabilis, idem significent siue quis decesserit habilis ad testandum, uel non.

¶ Quod legitimati & adoptiui excludantur.

Item ubi in pręsentibus statutis cautum est, ꝓ masculi excludant fœminas, uel agnati cognatos, intelligatur de masculis & agnatis ex legitimo matrimonio natis, ita ꝓ legitimati per rescriptum uel adoptiui excludantur, & ita de his masculis & agnatis, qui succedere possint & in effectu succedant.

¶ De muliere nupta extra iurisdictionem Ciuitatis & Comitatus Vigleuani.

Vlla mulier nupta extra Ciuitatem & Comitatum Vigleuani, & eius filii ac descendentes nati ex uiro nõ supposito iurisdictioni Ciuitatis & Comitatus, admittatur nec admittantur ad aliquam successionem, siue abintestato, siue ex testamento, uel alia quilibet ultima uoluntate, immo dicta mulier nupta utsupra habeatur quo ad successionem ac si nunquã in rerum natura fuisset.

¶ Quod Trebelianica possit prohiberi.

Trebelianica etiam in liberis primi gradus prohiberi possit, & ubi prohibita nõ sit, ꝓ fructus ex bonis testatoris percepti usq; ad tempus restitutionis in eam imputentur, & non intelligatur prohibita per prohibitionem alienationis omnium bonorũ uel per alia uerba generalia nisi in specie & in indiuiduo prohibita sit.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Quod mulieres exclusæ non augeant legittimam.

MVlieres exclusæ stantibus masculis ex forma presentium statutorum, nō computentur in numero filiorū ad augendam legittimā Sed dotes earum detrahantur de hæreditate tamquā æs alienum.

¶Quod ille qui reputatur pro mortuo, nō admittatur ad partem in successionibus, nec faciat partem.

ILla persona, quę de iure cōmuni pro mortua ciuiliter reputetur, in successione nō admittatur ad partē, nec partē faciat, & quo ad successionē tam eius, quā alterius, in omnibus & per omnia habeatur & reputetur, ut mortua, ac si naturaliter & uere esset mortua, antequā reputari posset pro mortua ut supra, & prædicta non habeant locum, in illa persona quæ ciuiliter habeatur pro mortua propter aliquod delictum uel occasione alicuius delicti.

¶Quod bona imobilia Vigleuani, nō possint alienari, in nō subditum, etiam per uiam ultimæ uoluntatis.

DVlla persona de Ciuitate, uel Comitatu Vigleuani, possit bona immobilia in non suppositū quouismodo alienare, per uiam contractus, inter uiuos, uel ultimæ uoluntatis, sub pœna ammissionis bonorum & eorum precii applicandarū pro tertia parte accusatori, & pro reliquis duabus partibus Cōmuni Vigleuani: Prædicta tamen non habeant locum quando debitor apparens per instrumentum, uel scripturam priuatā uel aliter, uellit dare insolutum creditori suo etiā non supposito, modo tamen sit de dominio, uolenti bona immobilia pro concurrenti quantitate crediti uel in casibus in quibus de iure est permissa datio bonorum insolutum.

¶Rubrica generalis de Alimentis.

QVilibet hæres ex testamento, uel intestato, Teneat pręstare alimenta sufficientia cuilibet Ascendenti defuncti, si nō habuerit unde se aliunde alere possit, Itē uxori quæ nō habeat de suo sufficienter, ubi se alimentare possit, Alimentet enim de bonis mariti secūdū facultates relictas, a marito, etiā si dotē nō habuerit uel dotē habuerit, & nō petierit ab hæredibus mariti, nec aliquid a marito relictū in eius testamento, Et intelligat uxor nō habere de suo etiā si habeat patrē diuitem, Prædicta tamen nō habeant locū quando uxor mater, Auia, uel Proauia post mortem defuncti transierit ad secundas nuptias.

¶Rubrica generalis de testamentis & ultimis uoluntatibus, & solēnitatibus instrumentorum.

QI quis in futurū uoluerit facere uel condere testamentū nuncupatiuū, de quo fiat publica scriptura a publico notario, hæredē instituendo, quē ore suo ꝓprio nominare debeat, hoc ei liceat facere, nisi alias a iure ciuili uel cōmuni prohibeat testari, in quo testamento intersint sex testes & secundus notarius ultra notariū de instrumento rogato. Qui omnes uidelicet testes notarius & secūdus notarius uel eorū maior pars, cognoscant testatorē, In Codicillis autem & donationibus causa mortis sufficiant quatuor testes, ultra notariū & secundū notariū, qui omnes uel maior pars eorū cognoscant codicillantē uel donantem causa mortis: & testamenta codicilli & donationes aliter factis nō ualeant, & prædicta nō habeant locum quando fierent tempore pestis quo tempore ultra notariū sufficiant tres testes. Et si contingat fieri testamentum sine scriptura uel cū scriptura sed sine notario tempore pestis si fuerit in Cinitate & de die quattuor sufficiant testes siue masculi siue fœmine, si uero de nocte sufficiant testes tres, & similiter in uilla sufficiant tres testes, & hęc ꝓcedāt ubi testator est infectus peste, uel reclusus in loco infecto, & intelligatur tempore pestis quando Ciuitas uel locus esset bannitus tali ex causa.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶De solēnitatibus in donationibus seruandis.

Onationes quæ inter uiuos infuturū fient, a sūma librarum Q uinquaginta imperialiū supra, nō ualeant, nisi ipsæ donationes factę fuerint per publicū instrumentū, corā aliquo iusdicente in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani, & presentibus quatuor testibus & secundo notario ultra notariū qui rogauit ipsum instrumentū, ex qbus duo ultra notariū ad minus, cognoscant donantem, & in tali donatione, teneant donans & donatarius affirmare iure iurando, eā donationem esse uerā nō autem fictam nec simulatā, neq; ulla se ipsos fraude, aut dolo ductos, in fraudem alicuius personæ, Sed sua sponte atq; sincero mentis affectu, & bona fide ad huiusmodi donationē deuenire, & absq; ulla pactione, palā uel secrete facta, & q̄ ullo unquā tempore, aliter, put continebit in tali donatione, retrodatio fiet de bonis iam donatis, & donationes aliter factę, nō seruata forma pręmissa a dicta sūma librarū quinquaginta imperialiū supra nō ualeant, & Donationes prædictæ possint fieri die feriato & nō feriato etiā in honorē Dei, nec possit infringi donatio respectu insinuationis ommissæ, cū corā iusdicente facta sit.

¶De emancepatione.

Vilibet maior annis quatuordecim possit emancepari modo ipsa emancepatio fiet corā iudice, & per instrumentū per publicū notariū rogandum, & intersint quattuor testes, & secundus notarius.

¶De testibus adhibendis in quolibet instrumento.

N quolibet instrumento, adhibeant tres testes idonei ad minus, inter quos adsint ad minus duo, qui sint noti contrahentiū, & unus secūdus notarius, saluo q̄ ubi notarius cognoscat contrahentes uel obligatos, & id asserat in instrumento sufficiat unus testis notus, & scribantur eorū nomina & cognomina ac nomina patris &

habitationis similiter locus ubi conficit instrumentū, ānus, indictio, mensis, & dies, alioquin instrumento fides nō adhibeat, teneaturq; notarius aliter conficiens reficere damnū passo.

¶Q uod quilibet alteri stippulari possit.

Vælibet persona ad partem & utilitatem alterius stippulari possit, & alteri acquiratur ius absq; aliqua cessione, si uoluerit illud, quod stippulatum est habere ratum.

¶De solēnitatibus seruandis, In alienationibus & obligationibus mulierum.

N omnibus alienationibus & obligationibus mulierū & renuntiationibus iuriū & quibuscunq; contractibus & distractibus ascendentibus a libris decem imperialiū supra, sit necessarius consensus mariti, si maritū habuerit & fuerit in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani & si maritū nō habuerit uel fuerit extra Ciuitatē & Comitatū Vigleuani interueniat consensus patris, si patrē habuerit, & si patrem nō habuerit uel fuerit extra Ciuitatem & Comitatū Vigleuani adsit consensus duorū agnatorū proximiorū & in defectum agnatorū duorū cognatorū ad minus, in quo consensu iurare debeant consentientes ipsi consensum cōtractus predictus dictę mulieri expedire, & ad eius utilitatem cedere, Onerātes grauiter eorū conscientias ut diligenter aduertant, ne in præmissis calūniose interueniant, & cōtractus ad præmissa aliter factus nō seruata dicta forma nō ualeat etiam si iuratus fuerit saluo q̄ prędicta nō habeant locū in ultimis uoluntatibus, nec in donationibus causa mortis reuocabilibus, nec in constitutione ꝓcuratoris ad causas tantū.

¶Rubrica Generalis de cessionibus bonorū & iurium.

Vilibet qui steterit per triginta dies cōtinuos in carceribus & uoluerit cedere bonis suis, Teneat & debeat ꝑse uel per ꝓcuratorē

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſuũ dare in ſcriptis. D. Poteſtati Vigleuani, medio eius iuramento, omnia nomina debitorꝝ & creditorꝝ ſuorꝝ, ac iura & res debitas, & debita, & omnia bona mobilia (exceptis ueſtibus de dorſo ipſius cedentis) & immobilia, quæ habet a ualore ſoldos uiginti ſupra, & facere citari omnes creditores ſuos, ut ueniant corã ipſo. D. Poteſtate ad certum terminũ, ad uidendum prædictã fieri ceſſionem, quæ citatio ualeat, ſi facta fuerit ad loca publica ſono tubæ præmiſſo, quã ceſſionem facere reneat̃ in publica concione ſedente pro tribunali. D. Poteſtate Vigleuani campanis ſonatis, ita ꝙ qui cedat bonis publice & alta uoce dicat & proteſtat̃, ꝙ ipſe talis captus cedit bonis, & ipſa omnia eius bona & ſingula præſentia & futura (exceptis ueſtibus de dorſo ipſius cedentis) libere dimittit, & relaxat creditoribus ſuis, ac dat ipſis creditoribus licentiã accipiendi & auferendi eius bona, quandocunꝝ & ubicunꝝ ea inuenerint, eorꝝ propria authoritate, uſqꝝ ad ſolutionem integrã eius quod habere debent, aliter ceſſio facta nõ ualeat, facta autẽ eo modo teneat, nõ obſtãte aliquo pacto in contrariũ facto, & quocũꝝ iuramento uallato, & talis cedens nõ poſſit habere aliquod officiũ & beneficiũ a Cõmuni Vigleuani, neꝝ eſſe ꝓcurator ſindicus, nec actor, nec incantator reddituũ, Quæ tamen ceſſio bonorꝝ fieri nõ poſſit, per aliquos colonos, partiarios, fictabiles, molinarios, nec aliquos de ſua familia in præiudicium dominorꝝ & locatorꝝ ſuorꝝ, nec contra fideiuſſores ſuos.

¶De Ceſſionibus iurium.

IN omnibus iuriũ ceſſionibus quæ principaliter & nõ acceſſorie ad aliquem contractũ fient quocunꝝ titulo tales ceſſiones fient. Teneant̃ ceſſionarius, & cedens iurare in hanc formã uidelicet Ceſſionẽ eſſe uerã, nõ fictam, nec ſimulatã, & nõ factam in fraudem alicuius perſonæ, & ſi fiat de credito, iuret cedens ſe eſſe uerũ creditorem, eius de quo cedit ius, exprimendo res, uel qualitatẽ de qua fit ceſſio, & ulterius iuret quid & quantũ recepit uel recipere intendit, nomine uel ob cauſam dictę ceſſionis. Ceſſionarius autẽ iuret qd & quantũ dederit, uel dare intendit

& ꝙ dedit

& ꝙ dedit uel dare intendit ſine ſpe alicuius rehabitionis, per ſe nec per ſũmiſſam perſonã habendæ, ſi uero fuerit titulo donationis iurent & utſupra & prout diſpoſitũ eſt in ſolẽnitatibus de donationibus fiendis, & ſi aliter fiant nõ ualeãt ceſſiones, Obſerueturꝝ præſens ſtatutũ tam in ceſſionibus fiendis in territorio & Ciuitate Vigleuani, quã extra territoriũ.

¶Rubrica generalis de Locatione & conductione.

COloni partiarii, fictabiles, molinarii, follatores, & alii cõducto res cuiuſcũꝝ generis, nõ poſſint etiã finita locatione, dimittere ſeu relinquere rem conductã locatori, niſi prius ei locatori ſatisfecerit de eo & toto ꝙ obligati ſunt occaſione conductionis, & ſi contrafecerint poſſint dicti Coloni & utſupra & quilibet de ſua familia maſculus maior ãnis quattuordecim perſonaliter capi nec relaxari debeant, niſi prius ſatisfacto Domino in totũ, nec poſſint ſe tueri beneficio ætatis ſexaginta annorꝝ uel quattuordecim, nec poſſint cedere bonis in publica concione uel aliter. Sit etiam in facultate domini, colonum & conductorem utſupra finita locatione expellere extra bona locata, & nihilominus eum cogere perſonaliter & utſupra ad ſoluendum debitum, Licitum ſit etiam domino, qui aliquam poſſeſſionem uel prædium ruſticum uel aliam rem extra tamen Ciuitatem ſitam locauerit, eiuſꝝ domini nuncio procuratori, uel hæredi ſuo propria authoritate etiam ſine præcepto & authoritate iudicis & ſine alio proceſſu, capere robare & recipere etiam quoſcunꝝ fructus & redditus qui ex re locata exierint, qui fructus an nati fuerint ſuper bonis credatur ſacramento locatoris, & ulterius quaſcunꝝ res mobiles ſeu ſe mouentes etiam beſtias arratorias, plaſtra, & alia utenſilia, apta ad laboreria terræ, quas uel quæ habeat teneat uel poſſideat maſſarius, ſiue conductor utſupra pro credito quod dominus ſeu locator habeat occaſione fructuũ ſeu reddituũ ſibi debitorum, necnon occaſione penſionis, & pro aliis rebus & pecuniis datis occaſione maſſaritii, & in prædictis omnibus rebus mobilibus, uel ſe mouentibus præferat̃ Dominus uel locator aliis creditoribus

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН ИМЕНИ ЛЕЧНИКОВА

etiam tempore prioribus, quocunq; priuilegio priuilegiatis, cũ hyppoteca uel sine, de quo debito stetur sacramento domini, usq; ad concurrentẽ quantitatem librarũ uiginti quinq; imperialiũ, & præsumantur prædicta mobilia & se mouentia esse conductoris, si reperiantur in eius debitoris domo, nec admittatur probatio in contrarium fienda per ipsum colonũ & utsupra saluo tamen iure ueri domini.

¶De eodem.

NON possit aliquis Ciuitatis uel Comitatus Vigleuani, eundem colonũ uel conductorẽ expulsum a colonia uel recessum a colonia, & re conducta nõ satisfacto domino, seu locatore receptare, nec eidem colono nec alicui de sua familia ad tempus, nec in perpetuũ, concedere aliquã terrã molandinũ, uel follam, uel aliquã possessionem locare, nec aliter accipere, nec tenere, nec receptari permittere, super suo, nec sup eo quod teneret uel eius nomine teneret uel laboraret. Et si quis contrafecerit uel nõ obseruauerit prædicta utsupra, & eidem denuntiatũ fuerit per publicũ instrumentũ, aut mãdato iudicis q; ipsum cõductorẽ uel alios supra nominatos, quẽ uel quos receperit, aut cui uel quibus ad laborandũ dederit utsupra expellat, & ad laborandũ ei uel eis nõ det utsupra, aut debitũ soluat, si ipsum cõductorẽ, & alios nominatos utsupra quos receptauerit nõ expullerit, infra mensem unũ a die dictæ denũtiationis, teneat dictus receptator seu alius locator utsupra, seu qui dederit ad laborandum utsupra dicto domino seu locatori satisfacere de dicto suo credito, occasione prędicta, Sed tamẽ nõ currat mensis nisi post factã fidem legittimã de credito, & ad prædicta compelli possint sũmarie de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & sine littigio, sola facti ueritate inspecta, petitione cõpromissi & consilii sapientis nõ obstante omniq; appellatione remota, & quolibet die feriato & nõ feriato. Eodem modo procedatur si oriatur controuersia inter dominũ seu locatorem præsentẽ uel præteritum, & suũ conductorem, uel colonũ utsupra, occasione conductionis, & omniũ quomodocunq; dependentiũ uel cõnexorũ.

¶De restitutione rei locatæ.

SI quis locauerit alicui uel aliquibus aliquam rem, uel aliquod ius intra Ciuitatem Vigleuani, & inde appareat per publicum instrumentum uel probetur per duos testes, Quod ille conductor elapso termino locationis, Teneatur dimittere rem conductam locatori, nulla exceptione obstante, etiam petitione consilii sapientis & compromissi remotis, si tamen dicto conductori per locatorem uel habentẽ causam ab eo denuntiatũ fuerit per duos menses ante finẽ locationis, Si uero res locata fuerit extra Ciuitatem Vigleuani denuntiatio fiat per quattuor menses ante finem locationis, Eodem modo facere teneatur conductor si in locatione perseuerare nollit ultra finem utsupra aliter intelligatur pro sequenti anno facta reconductio, & sic successiue de anno in annum.

¶De re locata quæ alienetur.

QVM res locata infra tempus locationis uendatur uel aliter alienetur, emptor uel acceptor, Locationi stare nõ habeat, conductore regressum habente contra locatorẽ suũ ad interesse, Hoc tamen addito, q; si contingat rem locatam titulo assignationis in partem uel diuisionis alienari, tunc necesse sit stare locationi, Sed in quocunq; casu teneatur prefatus successor stare locationi pro illo anno quo bona acquisiuerit, & ulterius nisi secundum formã statuti præcedentis conductori denuntiauerit, eũ etiã pro anno sequenti expellere nõ possit, & sic successiue quolibet ãno, & idem seruet ex parte conductoris ut nõ teneat stare locationi nisi pro eo ãno quo bona alienata fuerint & ultra donec denũtiauerit utsupra.

¶De melioramẽto facto sup fundo locato, in quẽ debeat puenire.

SI quod ædeficiũ colonus uel partiarius uel fictabilis, de lignis uel alia materia bonorũ locatorũ, fecerit sup fundo locato, totũ dominii

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

utilitati cedat, & præsumat factum de materia utsupra, nisi ꝓbetur contrarium. Verum si aliunde materiam sumpserit, concedatur Domino uel locatori facultas superficiem tantũ emere, quantũ ea detracta posset extimari, alioquin colonus uel partiarius uel fictabilis illam sine læsione prioris status possit impune auferre, nisi aliter cõuentũ sit.

¶ Quod Coloni teneantur, ingrassare terras & curare uineas.

Coloni, partiarii, uel fictabiles teneantur uites ingrassare & uineas eisdem locatas bene custodire, & colere descalciando, deinde incalciando, & ligonizando & sapando temporibus debitis, & eas impugnando & si contrafecerint, resarciant damnũ locatori arbitrio iudicis.

¶ Qualiter fructus colonorꝫ debeant diuidi inter eos.

Coloni partiarii & massarii diuidant inter se tam masculi quã fœminas maiores annis septem per capita fructus perceptos opera rusticana uel operibus rusticanis ex terra conducta ad tempus, & similiter id quod ꝓcessit ex dictis fructibus, Idem disponatur de fructibus perceptis opera rusticana uel operibus rusticanis ex terra propria uel ad libellum seu in emphiteosim conducta, pro medietate fructuũ quæ medietas intelligatur pars rusticana, altera uero medietas diuidatur per stipes, cum onere soluendi fictum libellarum si quod debetur.

¶ Rubrica generalis, de bonis ad cridas uendendis.

Si aliqua persona, Cõmune, Collegium uel uniuersitas, uendere uoluerit alicui personæ Cõmuni Collegio uel uniuersitati Ciuitatis uel Comitatus Vigleuani uel alias ad hoc habili aliquã rem ĩmobilem, uel dirrectũ dominiũ, quã uel quod possideat, uolens gaudere beneficio horꝫ statutorũ, Compareat personaliter uel per procuratorẽ ad hoc speciale mandatũ habentẽ corã. D. Potestate Vigleuani

& ibidem in scriptis det rem ĩmobilem seu dirrectum dominiũ quam uel quod alienare uult illam & illud designando specifice, per situm & coherentias, & numerũ perticarum uel circa, iureq; iurando affirmet ipsam rem seu dirrectũ utsupra uelle uendere, & uere & realiter, suoq; nomine proprio, & nõ alieno, ipsam rem seu dirrectum dominium possidere & ad sui cõmodum, ac eam comparitionem nõ facere in fraudem alicuius personæ Tunc teneatur Dominus Potestas cõmittere tubatoribus Communis Vigleuani ut trina die iuridica in diebus lune mercurii & ueneris si hi dies iuridici fuerint sinminus in aliis diebus modo sint tres dies in una ebdomoda in quibus tribus diebus singula earum dierum Teneantur tubatores predicti ad arengheriam Cõmunis Vigleuani, item ad fores Ecclesię maioris, necnõ in cõtrata domus haditationis, ubi habitat ille qui comparet & uult uendere bona, necnõ in contrata uel loco in cuius territorio adsunt ipsa bona uendenda: & ibidem in dictis locis congrue congruis referendo qualibet die dictarũ trium dierum, præconizare publice, & alta uoce, presentibus aliquibus personis ad minus duabus uel tribus, in modum & formã infrascriptis uidelicet Quod notum sit uniuersis & singulis Cõmuni Collegio Cõmunitati & uniuersitati, Qualiter talis comparuit coram. D. Potestate asserens se uendere, uelle talia bona cum beneficio cridarũ Et ꝓpterea si est aliqua persona Commune Collegium uel uniuersitas quæ ius aliquod uel aliquam actionem etiam conditionalem & in diem habeat uel habere prætendat contra dicta bona quouismodo, Si fuerit præsens in Ciuitate & Comitatu Vigleuani, compareat coram præfato. D. Potestate termino duorũ mensium, & citato ipso ponente ius suũ in scriptis deducat, tale quale est & iura sua producat, iureq; iurando affirmet eam contradictionem comparitionem & iurium productionem non facere in fraudem alicuius personę, nec animo impediendi calumniose uenditionem de qua agitur sed bona fide & ad tuitionem sui iuris & actionem Si uero fuerit absens a Ciuitate & Comitatu Vigleuani uel uidua uel minor aut Communitas uel uniuersitas, uel mentecaptus, uel hæreditas uacans, aut iacens, compareat contradicat producat & iuret termino sex mensium, Quo

HAYKOBA ЕБНОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

termino elapso & ipsis non contradicentibus uenditio prædicta fiet & bona ipsa intelligantur fore & esse libera, teneanturq; dicti tubatores dimittere unam copiam dictarum cridarum ad arengheriam, aliam copiam ad ualuas ecclesiæ aliam copiam in contrata uel in loco ubi habitat dictus ponens, aliam copiam ad plateam ipsius loci in quo & cuius territorio sunt sita ipsa bona.

¶De ordine procedendi in causis cridarum.

RActis dictis proclamationibus, & lapso dicto termino sex mensiũ & nemine contradicente possit ponens ipsam talem rem positã ad cridas, uendere libere, & absq; eo q̃ fideiussorem dare teneat, & ipsa uenditio & emptio possint libere fieri, absq; eo q̃ emptori seu emptoribus uel eius hæredibus & successoribus possit moueri aliqua lis, nec aliquid ullo tempore peti, super ipsa tali re, per aliquam personã Collegium uel uniuersitatem quæ nõ comparuerit, & nõ contradixerit in dicto termino utsupra, uel aliquo eorum terminorum Immo etiam ipsa talis res intelligatur & sit pleno iure ponentis, & sit libera ab omni iure, actione, uel hippoteca, aut actione & a qualibet persona Cõmuni Collegio & uniuersitate, Et hæc omnia habeant locum, ita demum si a die finitorum terminorum, ubi nemo contradixerit, & ubi aliquis contradixerit a die litis decisæ uel desertæ infra annum sequatur uenditio uera, aliter cridæ nemini præiudicent.

¶In quibus casibus cridæ non noceant.

IIctæ tamen cridæ nõ noceant, nec præiudicent habenti obligata bona uel ad ea regressus, in casu euictionis quæ tempore proclamatum ipsarum nondum secuta esset, nec etiam fideicõmissis conditionalibus & in diem, nec in casibus statutorum de re paterna luenda, nec dominis dirrectorum dominorum, nec seruitutibus, nec etiam decimis & iuri decimandi nec iuri Cõmunitatis Vigleuani, pro quibus casibus contradicere non teneantur, nec etiam do-

tibus uxoris aut nurus uel pronurus ponentis uel eius authoris nisi in specie tales mulieres citatæ fuerint ad contradicendum ratione iurium suorum dotalium, & ultra eas proximiorum earum agnatus uel unus ex proximioribus ubi plures in eodem gradu existant, nec etiam iuribus descendentium ponentis, uel eius authoris, nisi eorq; proximior cognatus citatus fuerit ad contradicendum Quo casu liceat tali agnato & cognato & etiam aliis agnatis & affinibus talium mulierum, & utsupra, contradicere cridis producere & iurare etiam inuitis ipsis mulieribus, & descendentibus utsupra, pro conseruatione iurium suorum dotalium & tales contradictiones hoc modo factæ ualeant, ac si a mulieribus uel descendentibus utsupra mandatum solemne habuissent, uel per ipsas mulieres factæ fuissent.

¶Ordo procedendi.

FActis ipsis cridis & proclamationibus ordine præmisso earũq; relationibus & lapsis sex mensibus de quibus supra fit mentio ipso iure & facto intelligatur & sit statutus terminus ponenti seu ponentibus dierum decem utilium proxime futurorum post lapsum dictorũ sex mensium, ad probandum & producendum, & ostendendum, & probatum habendum, per omne genus probationum, quicquid uoluerit seu uoluerint, in ipsis causis cridarum & promclamationũ, & omnes dies intelligantur utiles, modo nõ sint feriati in honorem Dei & sanctorum, ita tamen q̃ si contingat tempus quadragesimale, uel letaniarum nõ feriati in honorem Dei & sanctorũ duo dies habeantur pro una die utili. Et si aliquid capitulatum uel productum fuerit per ponentem, uel ponentes in dicto termino & non aliter, eo casu sit & esse intelligatur ipso iure & facto, statutus similis terminus aliorum decem dierum utilium, contradicenti seu contradicentibus, contra quẽ uel quos fuisset capitulatum uel productum, ad impugnandum & confutandum, quæcunq; producta probata & ostensa, per ponentem seu ponentes, in termino decem dierum utilium sibi assignato utsupra, Qui terminus

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

sic ipsi contradicenti assignatus, sit etiã ipsi ponenti cõmunis ad ꝓbationes prius factas coadiuuandũ, uel ꝓbationes cõtradicentis impugnandũ & confutandũ, in hoc termino si uoluerit, quibus terminis elapsis debite referendo statim totus processus causæ intelligat & sit ipso iure publicatus: Declarãtes insuper ꝙ in iurium ꝓductionibus faciendis apponi debeant nomina & cognomina notariorꝫ qui rogati fuerint de ipsis instrumentis, & tempora expressa earũ rogationũ, aliter nõ ualeant ipsæ productiones.

¶De eodem.

ELapsis autẽ temporibus probationũ ut supra, fiat Cõmissio confidenti partiũ uel illorꝫ qui comparuerint uel in contumaciã alterius partis uel aliarũ partiũ alicui de collegio dominorꝫ Doctorꝫ Vigleuani si extabunt sin minus de Collegio dominorꝫ Doctorꝫ Ciuitatis ꝓximioris ad consulendum, & consilium suũ in scriptis dandum ipsi. D. Potestati Vigleuani uel eius locũtenenti, quæ debeant esse partes suæ de iure, in ipsa causa seu causis: Quæ cõmissio fiat infra decẽ dies utiles incipiendos a fine dictorꝫ terminorꝫ.

¶De eodem.

ET facta dicta cõmissione, instantia ipsius cõmissionis habeat uiginti dies utiles tantũ & nõ ultra, ita ꝙ quælibet dies nõ feriata in honorẽ Dei & sanctorꝫ, reputetur pro una die utili saluo ꝙ de tempore quadragessimæ & letaniarũ ꝙ duo dies computentur pro una ut supra. Quo consilio præsentato ad banchũ præfati Domini Potestatis Vigleuani in manibus alicuius notarii causarum ciuiliũ, ipso iure & facto sit & esse intelligatur lata & pronuntiata sententia, in omnibus & per omnia iuxta dictum consiliũ, a quo consilio uel sententia nõ possit appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate dici nec in integrum restitutio peti.

¶De eodem.

SI uero cõmissio nõ fiat intra dictũ terminũ, causa contradictionis intelligat perempta a tũc in antea, & partes utant iuribus suis in iudicio ordinario.

¶De eodem.

POssit tamen quilibet, qui uoluerit rem imobilem uendere etiã sine beneficio cridarũ, & nõ seruata forma prædicta, ita ut quisq; habeat liberũ uendendi arbitriũ, uel cũ beneficio cridarũ uel sine.

¶De eodem.

ET quia multæ fraudes solent cõmitti per ponentes bona ad proclama. Ideo ut his occurrat quantum sit possibile. Cautum est ꝙ ponens bona ad proclama, ante lapsum anni a die acquisitionis per eum de eis factæ, teneatur nedum suũ datorem imediatum in comparitione nominare, Sed etiã eos omnes qui eo anno ipsa bona uere & realiter possederint, ubi uero post annũ acquisitionis bona ad ꝓclama posuerit teneatur nihilominus usq; ad decimũ datorem suũ imediatum nominare & si hæc forma seruata nõ fuerit, cridæ ipsæ ipso iure sint nullæ, & nemini præiudicent: & pariter sint nullæ ipsæ cridæ si ponens ad cridas nõ repertus fuerit uere & realiter possidere bona ad cridas posita, quo casu etiã pro periurio possit extraordinarie puniri arbitrio Prætoris, inspecta facti & personæ qualitate, citra tamen mortẽ & membri mutilationẽ.

¶De eodem.

QAutũ est etiam, ne aliqua persona Cõmune Collegiũ uel uniuersitas, possit bona ad cridas ponere, super qbus lis pendeat lite ipsa pendente tam in causa principali quã appositionũ, Quod si secus factũ fuerit, sit ipso iure nullũ & alicui nõ præiudicet, & ponens ius quod in re haberet amittat, & Cõmuni Vigleuani applicetur.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶De eodem.

SI quis tantę temeritatis fuerit, ut rem quã sciat alienã esse in to to uel parte uel super ea dirrectũ dominiũ esse, & ipsam tãquã propriã & liberã uendiderit aut quouixmodo alienauerit, ius si quod habebat in re, amittat, quod Cõmuni Vigleuani applicet, & per Ciuitatẽ publice fustigetur; & insuper teneatur in duplum emptori de omnibus expensis dãnis & interesse.

¶Quod in certis casibus precium succedat loco rei.

QVia ut plurimũ cridis contradicitur, aut ratione dominii, aut hyppotecæ, Ideo cautũ est, q̃ si iure dominii uel quasi contradictum fuerit & ostensum rem ipsam iure dominii uel quasi ad se spectare, Tunc res ad cridas posita, nullo modo uendi possit ipso contradicente inuito, Si uero iure hyppotecæ uel alio iure fuerit cõtradictũ prædictæ cõtradictiones nõ impediant ponentẽ, quominus uendere possit modo in actu uenditionis præciũ deponat penes personã eligendam per. D. Potestatẽ Vigleuani, & quod preciũ succedat loco rei uenditę, & de ipso precio disponat prout de re uendita inter illos qui contradixerũt prout de iure fuerit declaratũ, & modo etiã in eo instrnmento uenditionis, iure iurando & emptor & uenditor affirment prædictã uenditionem nõ esse fictam & simulatã, Sed bonã & uerã, & nõ factam in fraudem alicuius personę & quantitatẽ precii expressam in uenditione uerã esse, nec maius precium promissum fuisse & aliter nõ ualeat.

¶Rubrica Generalis. De re paterna Luenda.

SI quis rem aliquã imobilem paternã uel dirrectũ dominiũ rei paternæ uendiderit. Eius agnatus masculus cuius ascẽdentis res ipsa fuit per se uel per legittimã personã pro eo, infra annũ & diẽ pro æquali precio eã rem & utsupra luere possit, si uero res uel utsupra paterna nõ

fuerit, Sed cõtigua fuerit rei imobili agnati eius qui alienauerit, & cõmuni cũ alio, possit eius agnatus masculus qui rem contiguã iure uel ratione utilis dominii habuerit utsupra eam rem uenditã luere, ac si paterna fuisset utsupra. Idem & si creditori, insolutũ data fuerit de uoluntate debitoris, uel per iusdicentẽ, uel per delegatũ, seu subdelegatũ, & arbitrum uel arbitratorẽ, & si plures fuerint uelle luere, & possentes, quia fuerint ascendentis eoꝝ utsupra, præferatur ille qui ꝓximior fuerit uenditori. & si ex agnatis gradu paribus, uel rem contiguã habentibus, fuerint plures luere uolentes, ac possentes, Tunc præferat primo offerens & deponens singula singulis referendo, & si de ordine offerentium nõ appareat sint tamen omnes in pari gradu cognationis præferrat ille quẽ sors prætullerit, etiam ille qui rem uel dirrectũ & utsupra taliter alienatã uel alienatũ luere uoluerit, teneatur preciũ integre soluere, & totum illud quod datũ est pro benedictione & marosso, Quod marossum nõ excedere possit ultra soldos decem imperialiũ pro quolibet centenario librarũ ipsius precii, & etiã teneatur soluere utsupra, illud quod datũ esset pro instrumento contractus & etiã teneatur soluere illud quod fuit expenditũ in re, uel occasione rei ipsius utiliter uel necessario, Quæ expensæ arbitrio boni uiri soluant, nec propterea uenditor tenebitur emptori ad interesse nisi nominatũ conueniat, si luatur utsupra, Si uero emptor agnatis exigere uolentibus utsupra denuntiauerit solẽniter ipsam uenditionẽ, nõ exinde expectet annus & dies, Sed infra dies triginta continuos a die denuntiationis computandos, & nõ ultra agnato cui facta erit denũtiatio competat luendi facultas, nec alicui competat beneficiũ aliquod ulterius propter ætatẽ, uel aliam causam minorẽ uel alio habente regressum contra tutorẽ uel aliũ administratorẽ si fuerint in talibus negligentes, & si agnatus uendat rem agnato masculo cuius ascendentis res uel dirrectũ dominiũ utsupra fuerit, nõ liceat agnato etiã ꝓximiori rem ipsam luere. Si uero alio modo alienauerit inter uiuos rem uel dirrectũ dominiũ utsupra, uel etiã in executione alicuius ultimæ uoluntatis, possit agnatus prædictus in quolibet casuũ prædictoꝝ infra terminos prædictos singula singulis referendo, ipsam uel ipsum luere, pro eo precio quo extimabit ua-

HAYKOPЕЕЕ

lere, per extimatorem, ſeu extimatores Cõmunis Vigleuani, uel amicos cõmunes eligendos, per ipſas partes ſoluendo etiã expenſas & utſupra, Idem per omnia habeat locũ in uenditione, & alienatione utilis dominii quod fuerit paternũ & utſupra, ſaluo tamen iure domini dirrecti, qui preferrat in emptione ſi uoluerit niſi ipſi domino dirrecti ante ipſam alienationẽ fuerit per emphiteotã denuntiatũ iuxta formã iuris cõmunis, & ipſe dominus dirrecti reſponderit nolle emere, aut nihil reſponderit in termino a iure limitato, quo in caſu ulterius nõ audiat ipſe uolens emere, Itẽ & prædicta locũ habeant in alienatione inter uiuos congrua cõgruis referẽdo, Q uęquidẽ ſupraſcripta diſpoſita utſupra de poſſibilitate luendi, nõ habeant locũ eo caſu quo infra annũ & diem a die alienationis uel uẽditionis factę utſupra ille qui uẽdidit uel alienauit uellit rẽ ipſam alienatã uel dirrectũ utſupra alienatũ emere uel acquirere, & ipſam emerit uel acquiſiuerit ex pacto quod habuerit cũ emptore uel acquiſitore, poſſendi emere uel acquirere, uel aliter emerit uel acquiſiuerit infra ipſum annũ & diem.

¶De eodem.

UEnditio, & alia alienatio quo ad caſum luendi utſupra facta intelligat, cũ uenditor uel aliter alienans, emptori uel alio modo acquirenti corporalẽ poſſeſſionẽ ſeu quaſi rei uenditæ uel aliter alienate tradiderit uel quaſi tradiderit.

¶De eodem.

SI res quæ lui poteſt utſupra uendita fuerit, uel aliter alienata cũ re quæ alias lui nõ poteſt, Agnatus maſculus qui luere uoluerit utſupra, eã rem quæ lui poteſt utſupra, poſſit ſolũmodo eam rem quæ lui poteſt emere, & luere, pro precio quo extimabit ualere per extimatorẽ uel extimatores Cõmunis Vigleuani, uel p amicũ cõmunem uel amicos cõmunes, ſoluendo etiã expenſas utſupra, & in quocũq; caſu quo conceſſa eſt luitio, teneat ille qui uendere debet facere uenditionẽ agnato luenti & ꝓmittere pro ſuo dato & facto tantũ, & aliter etiã

nõ teneatur ad precii reſtitutionẽ, & ſi ille qui uendere debet fuerit negligens, uel recuſauerit uendere utſupra facta oblatione & effectuali depoſitione in termino ſeu terminis utſupra limitatis de precio & expenſis utſupra, uenditio ipſo iure & facto intelligatur eſſe & ſit facta modo & forma prædictis congrue referendo.

¶De eodem.

PRæterea ſi contingat rem lui uigore præſentiũ ſtatutorum, nõ poſſit luens rem ſic exactã alienare infra ãnos decem ꝓximos, poſt ipſam luitionẽ, & ſi alienauerit poſſit ille a quo exacta fuit pro æquali precio & aliis expenſis qbus ab eo exceta fuerit eam recuperare, per quaſcunq; manus ambullauerit, quã recuperationẽ facere poſſit infra annũ & diem, poſtea quã ab ibſo luente fuerit alienata.

¶De eodem.

SI contingat agnatum habere quottam in aliquo ædeficio, cuius quotta alienata ſit, ſiue pleno iure, ſiue reſpectu dirrecti, ſeu utilis utſupra, & quæ uellit lui uigore præſentium ſtatutorum, præferratur ipſe agnatus habens quottam, & uolens luere alteri agnato exiſtenti in gradu etiam proximiori, qui nõ haberet quottam in ipſo ædificio, ita tamen ꝙ emens rem aliquam imobilem, Q uæ lui poſſit ex forma præſentium ſtatutorum non poſſit infra annum & diem, a die emptionis, demolire, nec demoliri facere, aliquod ædificium ipſius rei, nec incidere, nec extirpare aliquas arbores, nec fructiferas, nec rem ipſam deteriorare uel meliorare, & in caſu deteriorationis, teneatur reſarcire luenti damnum. In caſu autem melioratiõnis, luens melioramenta ſoluere non teneatur. Et prædicta non habeant locum ſi res paterna in emphiteoſim detur, cum pacto liberandi, ad pecunias ſiue ad contra cambium.

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ ИМЕНИ И. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de Collegio notariorꝝ Ciuitatis Vigleuani, & de eorꝝ officialibus.

COllegium, siue Vniuersitas notariorꝝ Ciuitatis Vigleuani, in quibuslibet Calendis Ianuarii cuiuslibet anni, Eligere habeant, unũ Abbatem, unũ Ancianũ, unũ Sindicũ, unum Tesaurariũ, & unũ Cancellariũ, duraturos per annũ, & qui fuerit Abbas uno ãno nõ possit esse usq; ad aliũ ãnũ a die finiti officii, & nullus possit esse abbas, nisi sit maior ãnis uiginti sex. Qui abbas, eligere habeat, tres cõsiliarios de ipso Collegio maioris ætatis ãnorꝝ uiginti sex, in quorꝝ numero possint esse dicti officiales, & q Cõsiliarii interueniãt ad negocia dicti Collegii, & eorꝝ officiũ duret ꝑ annũ utsupra, & nõ possint esse officiales, nec cõsiliarii, nisi publice exerceãt officiũ notariẹ in Ciuitate Vigleuani, & prẹdictus Abbas, per tres dies ante finẽ anni teneat congregare dictos officiales, & consiliarios, reliquosq; notarios Collegiatos dictæ Ciuitatis saltim maiorẽ partem eorꝝ, & eligere nouũ consilium cũ nouis officialibus duraturis per annũ utsupra, & sic successiue omni anno, saluo q̃ Tesaurarius & Cancellarius possint confirmari ad beneplacitũ, & si aliquis ex dictis Abbate uel ex officialibus decesserit intra annũ durante eius officio q̃ dictum consiliũ eligat alium loco defuncti infra octo dies post eius decessum.

¶De eodem.

HAbeat abbas, pro eius salario totius anni libras tres imperialiũ pro singulo eorꝝ, Ancianus uero, Tesaurarius & sindicus habeant pro salario pro singulo eorꝝ libras duas imperialiũ dandas & soluendas ex denariis dicti Collegii, ultra alias prẹæminentias de quibus infra.

¶De officio abbatis.

DIctus abbas, possit ad omnẽ eius requisitionẽ congregari facere dictum consiliũ notariorꝝ, & officialiũ, & proponere quid sit agendũ

circa concernentia interesse dicti Collegii, & habeat suã uocem in consilio, prout cæteri consiliarii, Sitq; eis authoritas comdẽnandi & puniendi quoscũq; contrafacientes statutis & ordinibus, dicti collegii, saluo q̃ nõ possint deuenire ad executionẽ alicuius sententiæ, ubi sit pœna capitalis uel mutillationis membrorꝝ, sine speciali licentia Illustrissimi Ducis Mediolani & q̃ nullus alius iusdicens possit nec ualeat ꝓcedere contra aliquos notarios imputatos de aliquo crimine falsitatis, præterquam ipse Abbas, Cui. D. Potestas dictẹ Ciuitatis, omnesq; alii iusdicentes teneant dare auxiliũ, & fauorem, pro concernentibus dictũ eius officiũ habeatq; etiã authoritatem cognoscendi, & diffiniendi, quascũq; questiones uertentes & quæ uerti possint inter ipsos notarios de Collegio, & alias personas occasione ipsius officii notariæ, tam ex causa alicuius erroris, uel falsitatis, quã ex causa mercedis instrumentorꝝ & scripturarũ, Possitq; omnes & singulos notarios dicti Collegii, mulctare, suspẽdere, & priuare, ac comdẽnare, prout ex forma infrascriptorũ statutorꝝ continetur.

¶De officio sindici & Tesaurariii.

SIndicus teneat curare, q̃ omnes pecuniæ perueniendæ ad ipsum Collegiũ exbursent in manibus Tesaurarii; & ipsum Tesaurariũ debitorem facere ipsius Collegii, sup uno libro de omnibus pecuniis per eũ recipiendis, Tesaurarius autem teneat ipsas pecunias recipere, & exbursare, quibus ordinabitur, per præfatũ Abbatem, & computa tenere de datis, & receptis in uno libro, & in fine sui officii bonũ computũ reddere de administratis per eum futuro Tesaurario.

¶De officio Anciani.

ANcianus teneat diligenter inquirere Si in ipsa arte notariæ, tam in Ciuitate quã in Comitatu cõmitteret aliqua fraus, uel falsitas, uel si per notarios, nõ seruent statuta, & ordinationes ipsius Collegii, & his repertis denuntiare præfato Abbati.

ПОНУ імені І. ПЕЛЕЩНИКОВА

¶De officio Cancellarii.

Ebeat Cancellarius dicti Collegii tenere librũ unũ in quo de ſcribere habeat omnia conſilia & omnes ordinationes, quas & quæ fieri contingerit, per dictum Abbatem & Conſiliarios, & item omnia acta quæ fient iudicialiter corã præfato Domino Abbate, de quibus tenere habeat bonũ computum & cuſtodiã in uno filo. Item omnes matriculationes fiendas de Q uibuſcunq; notariis, qui pro tẽpore matriculabunt in ipſo Collegio ſuper uno libro ſeparato, qui uocabit liber matriculatorꝝ item omnes litteras teſtimoniales fiendas de Legalitate Notariorꝝ dicti Collegii item tenere habeat in cuſtodiam omnia regiſtra pręſentanda in ipſo Collegio de inſtrumentis notariorꝝ tam uiuentium quã defunctorꝝ, & tandem omnes ſcripturas reponendas in archiuio dicti Collegii & dictum eius officium fideliter exercere, & temporibus debitis reſidentiam facere in dicto Collegio.

¶De iuramento officialium Collegii.

Bbas & alii officiales dicti Collegii teneant in principio eorꝝ officii iurare in manibus præcedentis abbatis, ad sãcta Dei euãgelia ꝙ dicta eorũ officia exercent bona fide & ſine fraude & ſeruabunt ſtatuta & conſuetudines dicti Collegii, & ꝙ non approbabunt notarios niſi ſint ſufficientes.

¶De præminentiis Abbatis, & aliorꝝ officialium.

Vicunq; notarius recipiendus & admittendus in dicto Collegio notariorꝝ, Tempore ſuæ admiſſionis, teneat dare & exburſare Domino Abbati Teſtonũ unũ, & reliquis officialibus pręnominatis & Cancellario dimidiũ unius teſtoni & Collegio prædicto ducatum unũ. Secundi uero notarii antequã ſe ſubſcribant in libro matriculorꝝ pro ſecundis notariis tantũ ſoluant medietatem dictarũ pręæminentiarꝝ

nentiarũ Similiter hii notarii qbus data fuerit authoritas extrahendi & autenticandi inſtrumenta rogata per aliquẽ notariũ defunctũ, ſeu abſentem in longinquis partibus ſoluant pręæminentias prædictas in integrũ ulterius Cancellarius dicti Collegii recipiet ſoldos quattuor imperialiũ pro quibuſcunq; litteris teſtimonialibus fiendis per præfatũ. D. Abbatẽ de legalitate notariorꝝ dicti Collegii cõputato ſigillo. Q uorꝝ medietas ſit dicti Cancellarii pro ſcriptura, & alia medietas ſit dicti. D. Abbatis pro ſigillo. Comdẽnationes uero fiendæ per ipſum. D. Abbatem applicent Collegio prædicto.

¶De infamatis notariis regiſtrandis.

Votienſcunq; aliquis notarius fuerit per dictũ Dominũ Abbatẽ infamatus ſuſpenſus uel priuatus ab ipſo Collegio uel officio tabellionatus, Teneat dictus Abbas eos deſcribi facere per Cancellarium dicti Collegii in uno libro ſeparato ponendo nomen & cognomen talis notarii, & cauſam propter quã fuerit ſuſpenſus, uel priuatus, Addendo ꝙ ſi per Principem talis notarius fuerit reſtitutus ad priſtinos honores nõ intelligatur ex hoc reſtitutus ad officium tabellionatus.

¶De Notariis examinandis antequã recipiantur.

I quis, qui ad præſens nõ ſit notarius uoluerit dictum Collegium notariorꝝ intrare, ad hoc ut laudetur antequã recipiatur debeat habere infraſcriptas conditiones uidelicet, ꝙ ſit oriundus dictæ Ciuitatis uel Comitatus, & ſit legittimus & ex legittimo matrimonio procreatus, & ſit ætatis, annorum uigintiduorum ad minus, & poſtmodum per. D. Abbatẽ, & Conciliarios hoc modo examinetur uidelicet, ꝙ ipſi examinatores habeant in una buſſola, ſcripta nomina infraſcriptorꝝ octo inſtrumentorꝝ uidelicet uenditionis, locationis, cõfeſſionis, Socedi, ꝓcurationis, obligationis, ceſſionis, & cõpromiſſi, in octo cedulis cartæ, ad modum ſortium, & per unũ ex ipſis examinatoribus ſine fraudæ, extrahatur una ex prædictis Cedulis ad fortunam, & ea xteracta

HAYKOPA BIBLIOTEKA OHY IMENI L. PEŠNIKOVA

quã ſors tulerit, ipſi notario detur in Tema uolenti intrare Collegium; & ſi cõpetenter ſciuerit ſcribere, ad modum pthocolli notare, & uulgarizare ipſum contractũ, ſibi obuentũ in ſortem, & ulterius examinetur ſi fuerit ſufficiens in litteratura, & bonis moribus, & ſi repertus fuerit ſufficiens, recipiatur in ipſo Collegio, ſinautẽ differatur quouſq; fuerit peritus & ſufficiens in ipſa arte, cui examini ſufficiat interuentus Abbatis & Quattuor dictoꝝ Conſiliarioꝝ, ex quibus maior pars poſſit concludere ipſumq; laudare, uel reprobare.

¶ De Sacramento fiendo per notarios intrantes Collegium.

QVod notarii intrantes Collegiũ prędictũ antequã recipiantur & ſe ſubſcribant in libro matricularũ notarioꝝ dicti Collegii. Teneantur & debeant iurare ad Sancta Dei euangelia corporaliter tactis ſcripturis in manibus dictoꝝ examinatoꝝ, q; officiũ tabellionatus gerent & facient, bona fide, & in eo nõ cõmittent dolũ nec fraudem, & obſeruabunt ſtatuta & reformationes dicti Collegii, & obſeruabunt præcepta quæ fient ipſis notariis per eoꝝ Abbatem, in concernentibus officiũ tabellionatus, & eiſdẽ notifficabunt omnes & ſingulos tam de ipſo Collegio, quã alio quos ſciuerint feciſſe, uel fieri feciſſe cartam falſam, uel actũ falſum, uel dixerint ſeu perhibuerint falſum teſtimoniũ, uel fecerint ſeu pcurauerint, uel conſenſerint facere falſum teſtamentũ uel aliquod aliud delictũ cõmiſſerint in Vigleuano uel eius Comitatu, & q; rubricabunt omnia inſtrumenta, quæ in dies fieri p eos contingerit infra duos menſes a die eoꝝ confectionis cõgrue referendo, aliter nõ recipiant in ipſo Collegio.

¶ Quod notarii debeant ſe ſubſcribere in uno libro Collegii notarioꝝ dictæ Ciuitatis tempore quo recipiunt in Collegio.

TEneatur Abbas manutenere unũ librum, ſuper quo debeant deſcribi omnes notarii recipiendi & acceptandi in dicto Collegio, notariorum, & quilibet notarius intrare uolens ipſum

Collegium poſtquã fuerit examinatus & approbatus, teneatur ſe ſcribere in ipſo libro hoc modo uidelicet, Ego. N. de. N. filius quondam Domini. N. publicus imperiali authoritate notarius, uolens & intendens exercere artem notariæ in Ciuitate & Comitatu Vigleuani, ex delatione & in manibus. N. Abbatis dicti Collegii, iurauí & iuro ad ſancta Dei euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis q; officium Tabellionatus bona fide exercebo & nõ cõmittam dolum nec fraudem in eo, & ero fidelis Sãctę matri eccleſiæ & Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani & Collegio noſtro notariorum & obſeruabo ſtatuta ipſius Collegii, & parebo mandatis Abbatum meorum, & non celabo aliquas fraudes nec falſitates, ſi quas intellexero factas per aliquos tam de Collegio quã non & imbreuiabo omnia inſtrumenta per me tradenda in uno libro ante quã illa extraham & autenticẽ, & rubricabo omnia inſtrumenta per me tradenda infra duos menſes, a die confectionis eorum congrue referendo, ac alia faciam ut bonos notarios decet, & in ipſa ſubſcriptione ponatur annus indictio menſis & dies, & præſentia Abbatis & conſiliariorum qui interfuerint cum duobus teſtibus.

¶ De ſecundis notariis & eorum officio.

QVilibet uolens exercere artem notariæ, dũmodo ſit creatus notarius imperiali authoritate, & ſit oriundus Vigleuani uel eius Comitatus, & ſit ætatis annorum quindecim ad minus & ſciat ſcribere poſſit intereſſe pro ſecundo notario, quibuſcunq; inſtrumentis rogandis per alios notarios matriculatos, Tamen nõ poſſit rogare aliqua inſtrumenta donec fuerit in ætate annorum. xxii. & admiſſus per Collegium ut in ſuperioribus ſtatutis continetur, & habeat ſoldum unum quando interuenit pro ſecundo notario, & ſoldos quattuor ſi ſe ſubſcribit in ipſis inſtrumentis, teneãturq; ſe ſcribere in libro matricularum dicti Collegii ſeparatus tamen ab aliis Collegiatis notariis utſupra, nec poſſit intereſſe pro ſecundo notario niſi ſit deſcriptus utſupra.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ имени И.И. МЕЧНИКОВА

¶De Clericis & beneficiatis non admittendis.

QVllus Clericus uel beneficiatus possit esse notarius, & si quis notarius de dicto Collegio efficeretur clericus uel obtineret beneficia, ꝓ statim & ipso iure sit priuatus a dicto officio notariatus, nec possit dispensari contra præsens statutum.

¶De imbreuiaturis notarii infamati custodiendis.

POstquã, Quis notarius fuerit diffamatus & priuatus ab officio tabellionatus, Teneatur Abbas dicti Collegii reponi facere in archiuio dicti Collegii omnes imbreuiaturas instrumentorum rogatorum per dictum notarium diffamatum siue priuatum, ne in eis fieri possit aliqua falsitas.

¶Quod nullus notarius de Collegio temptet aliquem de faciendo falsam scripturam.

SI quis notarius Ciuitatis Vigleuani, uel eius Comitatus, ausus fuerit alium notarium temptare, de faciendo aliquod instrumentum falsum, uel scripturam falsam, ipso iure talis temptans habeatur pro infamato, & pro infami publicetur, si probabitur per dictum notarium temptatum suo iuramento, & alio teste fidedigno.

¶Quod notarii non possint cogi, ad exhibendum imbreuiaturas suas.

ABbate dicti Collegii excepto, nõ possit quis iusdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, cogere aliquem notarium ad exhibendum imbreuiaturas instrumentorũ suoꝝ, etiam ex causa suspitionis falsitatis.

¶De denuntiationibus fiendis extra iudicium.

SI quis notarius tradiderit aliquod instrumentũ denuntiationis, uel notificationis quæ fiet alicui extra iudiciũ, antequã uadat ad tradendum illud habeat ipsum duplicatũ, & si factũ fuerit domi alicuius uel personaliter dimittat illud domi uel personæ, contra quam ipsum fecerit, ita ꝓ in eo quod dimisserit uel retinuerit nulla sit differentia in substantia denuntiationis uel notificationis: Hoc intellecto etiam, ꝓ in ea copia seu imbreuiatura quam retinuerit possit ponere annũ, diem, locum & testes, & si factum fuerit uel fieri uoluerit contra aliquem qui recedat ab audientia, illius instrumenti uel ipsum exemplum nõ recipiat, dimittat ipsum exemplum in præsentia testiũ, in loco ubi inceperit illud tradere, & seruata illa forma, ita ualeat ac si præsens semper stetisset ad audiendum illam denuntiationẽ seu notificationem, ille contra quem facta fuerit, & si secus factum fuerit nõ ualeat, & si ille contra quem facta fuerit talis denuntiatio dixerit notario uelle respondere, eo in casu dictus notarius teneatur esse rogatus de dicta responsione, sub illis die & hora & presentibus illis testibus si talis responsio portabitur in scriptis per totam diem sequentem & soluerit mercedem notarii.

¶Quod mortuo uno notario, eius imbreuiaturæ dentur alteri.

SI quis notarius de Collegio Ciuitatis & Comitatus Vigleuani decesserit, & nõ disposuerit penes quẽ eius imbreuiaturæ reponi debeãt, hæres defuncti si erit notarius collegiatus habeat authoritatẽ talia instrumenta extrahendi & autenticandi, ac extendendi iuxta stillum defuncti, nõ mutata substantia loco ipsius notarii defuncti, & ipsis instrumentis sic extractis & autenticatis plena fides adhibeatur, prout si extracta & subscripta essent per ipsum notarium defunctum, si uero hæres non fuerit notarius, Sed habeat agnatos uel cognatos infra quintũ gradum secundum ius ciuile computandũ, notarios collegiatos utsupra detur authoritas prædicta proximiori agnato, & si nõ fuerit

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

agnatus, cognato notario utſupra, & ſi fuerint plures agnati detur ſufficientiori arbitrio ipſius. D. Abbatis, & ubi nõ eſſent agnati uel cognati notarii utſupra, dentur illi qui fuerit electus & nominatus per ipſum hęredem, dũmodo ſit collegiatus & approbatus per conſiliũ dicti Collegii; Et ꝓ mortuo dicto notario dictus Abbas poſſit cogere hęredes ipſius defuncti ad præſentandum imbreuiaturas inſtrumentorum dicti defuncti, in archiuio dicti collegii, ibidem permanſuras, donec data fuerit authoritas utſupra, & hoc infra tres dies poſt eius deceſſum & de prædictis omnibus conſignatione & authoritate danda deſcribantur, in libro matriculatorum per Cancellarium dicti Collegii, exprimendo annum, menſem, & diem, nomen notarii defuncti & eius hęredis, & illius cui data fuerit authoritas.

¶ Quod nullus notarius teneat penes ſe inſtrumenta rogata per notariũ defunctũ, ubi tractat̃ de ſuo intereſſe.

QVIA accidit, aliquando aliquem notarium fore rogatum de aliquo inſtrumento obligationis, uel uenditionis factæ per aliquem notarium dicti Collegii, uerſus aliquam perſonam, & mortuo dicto notario, qui tale inſtrumentum rogatus tradidit, accidit forte, ꝓ authoritas extrahendi inſtrumenta dicti defuncti datur tali notario debitori, ita ꝓ de facili poſſet illud occultare Statuitur ꝓ abbas dicti Collegii teneatur, antequã conſignet dictas ſcripturas defuncti, in poteſtate habentis authoritatem utſupra, reuideri facere ſi extant inſtrumenta alicuius contractus facti per ipſum notarium habentem authoritatem utſupra, ubi poſſet inferri præiudicium alicuius tertii, & ipſis repertis tradere uni ex notariis dicti Collegii eligendo per ipſum abbatem, qui habeat eandem authoritatem extrahendi & autenticandi utſupra Qui notarii habentes authoritatem utſupra, ualeant etiam ſe ſubſcribere loco notariorum qui reperiuntur ſcripti in inſtrumentis, pro ſecundo notario ſi ſibi data fuerit authoritas.

¶ De ordine ſeruando per notarios circa rogationẽ inſtrumentoꝝ.

QVilibet notarius de Collegio Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, antequã roget ſiue ſtippulet aliquod inſtrumentũ, teneatur illud ſcribere uel ſcribi facere, ponendo annũ indictionem menſem, & diem locũ, & loci locũ, nomina contrahentiũ & cognomina, ac nomina & cognomina patrũ ſuorũ, cum expreſſione loci, ubi habitant ipſi contrahentes, & deinde uulgarizare ad præſentiã ipſoꝝ contrahentum, ſecundi notarii & teſtiũ, & deinde ipſam imbreuiaturã ſi nõ fuerit in uno libro sfoliato, ponatur in uno fillo sfoliato, & rubricato, & ſi tale inſtrumentum nõ fuerit ſcriptum manu propria ipſius notarii, teneatur ſupra principium ipſius inſtrumenti manu propria fidem facere, ꝓ tale inſtrumentum eſt eius imbreuiatura, ſub pœna ſoldorum uiginti imperialium applicandoꝝ dicto Collegio pro quolibet, & qualibet uice.

¶ De eodem.

IN qualibet ſubſcriptione cuiuſcunꝫ inſtrumenti expleti Teneatur notarius ponere ſignũ ſui tabellionatus, ac nomẽ & cognomen ſuũ, & nomen patris ſui ſub pœna librarum duarũ imperialium pro quolibet, & qualibet uice applicandorum utſupra.

¶ Quod notarii dent inſtrumenta quorum intereſt.

OMnes notarii de Collegio Ciuitatis Vigleuani, teneantur tradere inſtrumenta de quibus fuerint rogati, iurantibus de credulitate ſua intereſſe, habita cõdigna mercede ſecundũ formã infraſcriptoꝝ ſtatutoꝝ, & hoc infra dies quinꝫ a die requiſitionis & ſolutionis factæ de eoꝝ mercede, niſi iuſto impedimento eſſent impediti, ſub pœna librarũ quinꝫ imperialium applicandaꝝ dicto collegio, pro quolibet & qualibet uice, ſaluo ꝓ inſtrumenta debitorum, ſolũmodo dentur creditoribus, excepto ſi requireretur per debitorem ad fidem faciendam

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

& q̃ notarius in ſubſcriptione dicat tale inſtrumentũ ad inſtantiã debitoris extraxiſſe, ad fidem faciendũ tantũ & citra præiudiciũ creditoris, eo in caſu illud extrahere poſſit, inſtrumenta uero obligationũ ſiue creditorũ nõ extrahant niſi ſemel, ſaluis inſtrumentis dotiũ, & ſi contingerit primũ inſtrumentũ extractũ ammitti, uel in ſiniſtrũ tranſire, nõ ualeat notarius ſecunda uice extrahere, ſine ſpeciali licentia. D. Abbatis dicti collegii, & niſi in ſubſcriptione mentionẽ faciet, q̃ alias fuit extractũ, Addendo ſi qs uoluerit reuidere imbreuiaturã alicuius inſtrumenti, & illã collationare cum autentico extracto, notarius teneat id facere ſine aliqua mercede, & maxime ſi eſſet inſtrumentũ rogatũ per notariũ defunctũ, & extractum per notariũ habentem authoritatem.

¶ De inſtrumentis traditis per notarios, non receptos.

CVm beneficio & authoritate Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Ducis Mediolani, oppidum Vigleuani erectũ ſit in Ciuitatẽ, & ei ſit attributus Comitatus, ut ex priuilegio apparet. Ideo ſtatutũ eſt q̃ nullus notarius qui nõ ſit receptus in collegio notariorũ Vigleuani, audeat a modo in antea in Ciuitate nec Comitatu Vigleuani, tradere inſtrumenta nec ſe poni facere pro ſecundo notario, ſi ſimiliter nõ fuerit deſcriptus in matricula Collegii notariorũ Vigleuani ſub pœna librarũ q̃nq̃ imperialiũ applicandarũ dicto collegio, & ulterius teneat ad oia dãna & intereſſe quę pateret ille cuius intereſſet habere ipſum inſtrumẽtũ. Curabũt tamẽ Abbas & Conſiliarii collegii intra decem dies a die publicationis præſentium ſtatutorũ hoc ſtatutũ prout iacet intimare Prætoribus oppidorũ & locorũ Comitatus prædicti ut omnibus innoteſcat.

¶ In quibus diebus inſtrumenta rogari non poſſunt.

IN diebus dominicis, Incarnationis, Natiuitatis Circũciſionis Epiphaniæ, Paſcæ Reſurrectionis Domini Pentecoſtes Feſti Sacratiſſimi Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti & Aſcen-

ſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Natiuitatis & Aſſumptionis, Beatæ Virginis Mariæ, Natiuitatis Sancti Io. Baptiſtæ in feſtiuitatibus omniũ Apoſtolorũ, In Feſto Sancti Ambroſii Ciuitatis noſtræ Patroni, Aliqua inſtrumenta cuiuſuis generis & maneriei in Ciuitate & Comitatu Vigleuani rogari nõ poſſint ſub pœna cuilibet notario contrafacienti Florenorũ quindecim, applicandorũ pro medietate dicto collegio, & pro alia medietate accuſatori & dictũ inſtrumentũ ſit ipſo iure nullũ, & inualidũ & ulterius teneatur ad intereſſe damnũ paſſo, ſaluis & reſeruatis inſtrumentis de quibus infra, quæ rogari poſſunt etiã diebus ſupraſcriptis, impune uidelicet inſtrumenta teſtamentorũ, Codicillorũ, Donationũ cauſa mortis, aliarũq̃ ultimarũ uoluntatũ, Pacis Dotiũ, Matrimoniorũ, Sponſaliciorũ proteſtationũ, & conſignationũ tam bonorũ parafrenaliũ quã pecuniæ, & aliarũ rerũ, ubi ex lapſu temporis imineret periculũ, inſtrumenta legittimationis, donationis, ac inſtrumenta quæcũq̃ ducali cameræ ſpectantia, & pertinentia, & etiã inſtrumenta quæ fierent inter perſonas eccleſiaſticas de rebus eccleſiæ, & etiã inſtrumenta ſindicatuũ quæ fient per Conſilium generale dictæ Ciuitatis, & alia Cõmunia eiuſdem Comitatus.

¶ De tramſumptis fiendis.

SI acciderit fieri tranſumptũ de aliquo inſtrumento extracto & autenticato uel de aliquibus litteris patẽtibus, priuilegiis, Bullis apoſtolicis, uel aliis publicis ſcripturis, interuenire habeat Abbas dicti Collegii, & alii quattuor notarii, qui omnes ſe ſubſcribant & de collatione fidẽ faciant, & ſigillatũ ſit ſigillo dicti collegii, & fiat in præſentia. D. Prætoris, tunc dictũ inſtrumentũ ualeat, & ei fides adhibeat quẽadmodũ originali, ſine aliqua citatione fienda parti intereſſe habenti.

¶ De taxatione mercedis faciendæ, notariis pro rogatura & extractura inſtrumentorũ.

VT unus quiſq̃ ſciat quid & quantum ſoluere debeat notariis pro rogaturis, & extracturis inſtrumentorũ, & ne ipſi Notarii aliquid a

contrahentibus indebite extorqueant, statuunt & limitant infrascriptę taxationes.

¶De mercede rogaturæ instrumentorꝝ.

PRO omni simplici instrumento confessionis, locationis, pcuræ socedi, societatis, renũtiationis, denuntiationis, ratificationis, cessionis, compromissi, emphiteotici contractus, & similiũ, soluatur notario pro rogatura tantum soldos octo imperialium, & secundo notario soldum unum tantum.

¶Pro omni rogatura instrumentorũ obligationis, uenditionis, transactionis, donationis inter uiuos, & cessionis crediti, quantacunqꝫ sit sũma soluat notario pro singula rogatura soldos duodecim imperialiũ.

¶Pro omni rogatura instrumentorum testamentorum, codicillorum & donationum causa mortis, & aliorum instrumentorum in quibus interueniat decretum iudicis soldos sedecim.

¶Pro omni specialitate posita in pcuris, & omni capitulo speciali facto per pactũ expressum in locationibus, soluatur notario pro rogatura soldum unũ.

¶De mercede fienda notariis pro extractione instrumẽtorꝝ.

POssit quilibet notarius de Collegio Ciuitatis & Comitatus Vigleuani consequi & habere pro eius mercede instrumentorum extensorum in publicam formã, & extractorum in autenticam formã fidem facientem prout infra uidelicet.

¶Pro extractione instrumentorꝝ confessionis, locationis, pcurę & aliorꝝ de quibus in primo capitulo rogaturarum rei uel ualoris eiusdem a libris Centum imperialium infra soldos sedecim imperialium, & abinde supra soldos. xxiiii. imperialium.

¶Pro extractione cuiuscũqꝫ instrumenti obligationis uenditionis, transactionis, donationis inter uiuos, cessionis crediti, & testamentorꝝ, codicillorum & aliarũ ultimarũ uoluntatũ, a libris Quinquecentũ imperialium infra, libram unã imperialium pro singulo centanario, Abinde uero

supra, pro quacunqꝫ sũma soldos decem pro singulo centanario librarũ, ita tamen ꝙ nõ excedat, sũmã scutorꝝ uigintiquinqꝫ in totum.

¶De mercede uero quorũcunqꝫ instrumentorꝝ, ubi interueniant diuersa pacta specialia, & longa scriptura, ac diuersæ personæ ultra limitationes prædictas, habeat notarius illud argumentum Quod ordinabitur per prefatum. D. Abbatem dicti Collegii.

¶Parimodo fiat solutio notariis habentibus authoritatẽ extrahendi defunctorꝝ instrumenta, circa extractionem ipsorum instrumentorꝝ.

¶De eodem.

NEneatur quilibet notarius qui aliquod testamentũ rogatus tradiderit si requisitus fuerit ab hęrede uniuersali dicti testatoris extrahere totũ & integrale testamentũ, cum omnibus legatis conditionibus & clausulis in ipso instrumento expressis, legatariis uero sufficiat extrahere legatũ cũ institutione hæredis, & qui contrafecerit puniat in libris Quinqꝫ imperialiũ applicandis dicto Collegio.

¶Item Statutũ est ꝙ officium notariæ Banci Cõmunis Vigleuani singulo anno subhastetur, in Calendis Ianuarii & deliberetur plus offerenti cum capitulis infrascriptis.

¶Primo ꝙ incantator sit & esse debeat Notarius de Collegio Ciuitatis Vigleuani, & collaudatus per consilium generale dictæ Ciuitatis, & habeat unũ socium notariũ consimilẽ, Qui ambo habeant residere ad officium dictæ notarię temporibus debitis & præsertim hora tertiarũ & hora uesperorꝝ, uel saltem alter eorꝝ residentiã faciat ut supra & teneat recipere omnia acta iudicialia, quæ fient coram Magnifico. D. Potestate Cõmunis prædicti & eius uicario & ea diligenter custodire, & copiã tradere quorꝝ interest, & originalia tenere in uno fillo, & in uno imbreuiario ut fieri solet, & mercedem recipere secundum ordinationẽ & limitationem inferius annotatam, & nõ ultra sub pœna quadrupli illius quod plus acceperit applicanda Cõmunitati Vigleuani. Et hoc locum habeat tam in forensibus, quã in ciuibus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Item ꝙ notarii prędicti nō possint originalia scripturaꝝ dare, nec concedere, alicui ex partibus nec eoꝝ procuratoribus, sub pœna unius ducati pro singula uice, sed eis tradere copiam.

¶Item ꝙ nullus alius notarius possit esse rogatus de aliquibus actibus iudicialibus agitandis corā Magnifico. D. Potestate, & eius. D. Vicario tam in causis ordinariis, quā delegatis, maxime de appellationibus coram eo interponendis sub pœna nullitatis actoꝝ & refectione expensarū partis. Possit tamen quilibet notarius rogare omnia instrumenta in quibus interuenire habeat decretū iudicis, uidelicet instrumenta, tutellæ depositi uenditionis fiendæ per minores & fœminas, donationis inter uiuos cessionis & similia instrumenta.

¶Item ꝙ liceat dictis notariis & cuilibet eoꝝ, in causa absentiæ uel infirmitatis, alium idoneū notarium substituere, eoꝝ loco, durante ipsa absentia uel infirmitate, prius tamen collaudandum per præfatum. D. Potestatem & Dominos Consules dictæ Ciuitatis & nō aliter.

¶Item ꝙ nullus procurator assumens patrociniū causarum, possit esse notarius Banci prædicti nec possit substituí utsupra, nec possit esse socius publice, uel secrete.

¶Item ꝙ dicti notarii banci & eoꝝ substituti, nō possint nec ualeant esse rogati de aliquibus scripturis, siue actibus, ubi tractat̄ de interesse suo uel attinentium suorum usq; ad tertium gradum exclusiue, Sed alius socius sit rogatus de eis, qui dictas scripturas teneat penes se separatas & diligenter custodiat, Si uero dictus socius esset in consimili affinitate, eo in casu. D. Potestas teneatur ad instantiam alterius partis eligere alium notarium.

¶Ordinationes factæ pro solutionibus fiendis notariis banci iuris Cōmunis Vigleuani.

¶Primo pro præcepto executiuo explecto originali computato soldum unū imperialium siue. sol. i d.

¶Pro deroberur siue licentia pignorandi occasione talis præcepti, soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro contumacia iurata & explecta, soldos duos cū dimidio siue. sol. ii d. vi

¶Pro duplo accusarum de damno dato soldos duos. sol. ii d.

¶Pro productione libelli cum ordinatione. D. Vicarii soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro productione positionum cum ordinatione D. Vicarii soldos tres siue. sol. iii d.

¶Pro ꝓductione aliarū scripturarū, etiā si tunc fieret ꝓductio instrumentoꝝ, & iurium soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro responsionibus exceptionibus replicationibus & triplicationibus soldos très siue. sol. iii d.

¶Pro productione capitulorū cum ordinatione Domini Vicarii soldos tres siue. sol. iii d.

¶Pro qualibet relatione soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro citationibus & iuramentis delatis testibus soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro quolibet teste examinando iurando & describendo soldos tres, & pro interrogatoriis totidem. sol. iii d.

¶Pro publicatione testium, & reseruatione iuramenti soldos duos siue. sol. ii d.

¶Pro explectione testiū, & processuū ac iuriū productoꝝ pro qualibet carta longa rigarū uiginti pro pagina & uerborū octo pro riga, ad minus pro singulo folio soldos tres siue. sol. iii d.

¶Pro qualibet producta plurimorū iurium reseruatis prædictis soldos quattuor siue. sol. iiii d.

¶Pro præcepto ad dandum confidentes pro causa cōmittenda, cum relatione soldos quinq; siue. sol. y d.

¶Pro peremptorio, cum relatione soldos quinq; sol. y d.

¶Pro sequestro transmisso in scriptis cum relatione soldos quattuor. sol. iiii d.

¶Pro cōmissione facienda causę cōmittēdæ soldos tres. sol. iii d.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Pro qualibet licentia pignorandi, in causis executiuis, usq; ad sūmā libraꝝ centū siue. ioo. imperialiū. sol. vi d.

¶Abinde uero supra soldos duodecim siue. sol. xii d.

¶Pro qualibet sententia interlocutoria causa cognita in qua nō includantur admissiones, uel nō admissiones soldos octo siue. sol. viii d.

¶Pro sententiis diffinitiuis a sūma librarū centū imperialiū, siue libras. ioo. infra soldos duodecim siue. sol. xii d.

¶Pro sententiis diffinitiuis, a sūma librarū centū imperialium, supra soldos sedecim siue. sol. xvi d.

¶Pro quolibet sequestro non scripto, Sed relato & scripta relatione soldos duos siue. sol. ii d.

¶In scriptis uero dictato, per notarium cum relatione soldos sex siue. sol. vi d.

¶Pro qualibet petitione sūmaria breui, in actis banci dictata & scripta, & ꝑ extractōe totidē sol. duos siue. sol. ii d.

¶Pro productione litterarum ducalium & ordinatione Domini Vicarii, cum intimatione, & relatione soldos decem siue. sol. io d.

¶Pro præcepto uiginti dierum ex forma statuti confecto & dictato per notarium banci cū copia & relatione soldos octo siue. sol. viii d.

¶Pro præcepto prædicto per notarium non dictato soldos quattuor. sol. iiii d.

¶Pro præcepto ad aperiendum bona, & ad eligendum extimatores facto & dictato per notarium cum copia & relatione soldos decem siue. sol. io d.

¶Pro suprascripto præcepto per notarium nō dictato soldos quinque. sol. v d.

¶Pro cōmissione iuramento & relatione facta extimatoribus qui extimare habeant bona debitoris &c. soldos quattuor siue. sol. iiii d.

¶Pro alio præcepto ad uidendū fieri insolutū dationē & missionem in possessionem soldos octo siue. sol. viii d.

¶Pro insolutū datione & ordinatione mittendi in possessionem & licentia de intrando dictata & scripta per notarium soldos duodecim siue. sol. xii d.

¶Pro instrumento missionis in possessionē in Ciuitate Vigleuani soldos duodecim siue. sol. xii d.

¶Pro talibus instrumentis missiones in possessionē extra Ciuitatē Vigleuani soldos sedecim siue. sol. xvi d.

¶Et si in pluribus locis soldos uiginti Quattuor siue. sol. xxiiii d.

¶Pro qualibet appellatione a sententia diffinitiua soldos sex siue. sol. vi d.

¶Pro præcepto occassione fictorum & in causis executiuis soldos sex siue. sol. vi d.

¶Pro executione sententiarum soldos sex siue. sol. vi d.

¶Pro cōmissione executione seu sententia de exequendo & intrando soldos octo siue. sol. viii d.

¶Pro qualibet fideiussione prestita soldos q̄ttuor siue. sol. iiii d.

¶Pro rogatione procuræ in actis soldos quattuor siue. sol. iiii d.

¶Pro præcepto defensorio in scriptis cum relatione soldos Quinq; siue. sol. v d.

¶Pro explicatione sententiarū & aliorꝝ instrumentorꝝ a libris quattuorcentū imperialium infra libram unā pro centanario, abinde uero supra dimidiam unius libræ pro centanario librarū ita tamen ꝙ quantacunq; sit sūma nō excedat libras decem imperialium siue. lib. io d.

¶Pro rogatione depositi dictatis & scriptis per notarium, soldos octo siue. sol. viii d.

¶Pro rogatione compromissi scripti per notarium soldos quattuor siue. sol. iiii d.

¶Pro quolibet incantu bonorꝝ mobilium & imobiliū soldum unum siue. sol. i d.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Pro qualibet proclamatione fienda proliquidatione bonorum soldos quinque siue. sol. v d.

¶Pro declaratione uero fienda circa ipsam liquidationē seruetur forma aliarū sententiarum utsupra.

¶Pro omnibus aliis cridis fiendis tam procuratoribus dandis quā pro absentibus citandis & similibus soldos quinque siue. sol. v d.

¶Pro qualibet uisitatione loci in ciuitate soldos octo imperialiū, extra uero Ciuitatem in suburbiis soldos duodecim, in aliis uero locis sup eodem territorio soldos sedecim Imperialium.

¶Pro qualibet uero uisitatione loci in Comitatu soluta expensa cibaria & equi uictura soldos. xl. Imperialiū.

¶Rubrica Generalis de Iudice Victualium.

VIdex Victualiū Cōmunis Vigleuani, qui est & per tempora erit inreruenire habeat cum Dominis duodecim prouisionū dicti Cōmunis, ad quascunq; prouisiones fiendas circa res comestibiles, & quibus dari debet prouisio, & secundū limitationes ipsorū scribere, & dare Calmeria, bechariis pristinariis, piscatoribus, & aliis uendentibus uictualias, & eas puisiones obseruari facere, & etiā habeat una cum reuisoribus duobus dictæ Cōmunitatis reuidere pensas & mensuras omnes, & reperta aliqua fraude, ipsos defraudantes describere & præsentare præfatis Dominis puisionariis omni die sabbati data prius defensione ipsis defraudantibus Q ua die ipsi puisionarii teneantur ipsas comdēnationes facere, habeatq; etiā idem iudex authoritatem administrandi ius molinariis, quantū sit respectu farinarū, & fraudum, per eos fiendarū in macinando granū, Item q; dicti duo reuisores prefatę Cōmunitatis, teneant omnes defraudantes uictualias dare in accusa ipsi iudici, ea die qua reperuerint aliquē defraudantē utsupra, habeatq; etiā dictus iudex authoritatē incidendi & incidi faciendi panē brunū & male coctū uenalem sine aliqua comdēnatione Dominorū prouisionariorū.

De pœna

¶De pœna uendentium uictualias ultra prouisionem sibi dandam, & dantiū minus pensa, & mensura.

SI quis repertus fuerit uendere uictualiā, ultra prouisionē datam per dictos. D. Prouisionarios puniat pœna soldorū uiginti imperialium pro quolibet & qualibet uice applicandorū dictæ Cōmunitati, & ulterius amittat illā talē uictualiā, quę fuerit reperta uendi plus puisione utsupra. Si quis uero defraudauerit aliquē in pondere uel in mensura, eadē pœna puniatur, & ulterius rumpant sibi dictæ pensæ & mensuræ.

¶De eodem.

QVod nullus becharius uel alius, audeat uendere carnes porcinas, tam ad macellū, quā compositas in ceruellato nisi prius talis bestia porcina fuerit uilitata per dictum iudicem uictualiū, sub pœna soldorū quadraginta imperialium applicandorū utsupra.

¶De eodem.

SI quis fuerit tantæ temeritatis q; prohibuerit dicto iudici uictualium, & eius familiæ & seruitoribus, ac etiam dictis reuisoribus Cōmunitatis prædictæ, de exercendo eorum officium, etiam q; intrare uoluerint domos alicuius & abinde exportare uictualias de mandato dicti Iudicis, dūmodo de eis teneatur bonum computum, puniatur in libris quinque imperialium applicandis utsupra.

¶De eodem

SI quis obuiauerit sibi fieri pignus per famulos Domini Potestatis, uirtute alicuius sententiæ pignorādi, soluat dictæ Communitati soldos uiginti imperialiū pro singulo deueto, usq; ad numerum trium, & facta relatione dicto iudici uictualium debeat illum

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

talem uetantem scribere in libro cõmendationum, & licentiam concedere creditori de detinendo debitorem personaliter ex causa dicti debiti, & ulterius dicta pœna exigatur.

¶Rubrica Generalis de molinariis.

STatutum & ordinatũ est, q̃ omnes Molinarii teneantur & debeant accipere bladũ hominũ Ciuitatis Vigleuani & eius territorii ad macinandũ illa die qua fuerint requisiti, & ipsum bladum conducere ad eorũ molandinũ, ea die qua fuerint requisiti, ita tamen q̃ prius teneantur tale bladum consignare officiali farinarũ & illud pensari facere & describi, & infra tertiã diem postquã receperint ipsum bladum reconsignare ad domũ datoris ad iustam pensam in bona farina sine aliqua fraude sub pœna & bãno soldorũ uiginti imperialiũ pro quolibet & qualibet uice applicandorũ dictæ Cõmunitati, & de prædictis credatur cuilibet datori in suo iuramento & pro plena ꝓbatione habeat, & iudex uictualiũ teneatur eisdem reddere ius sũmarium sine processu.

¶De eodem.

NON possint Molinarii accipere pro eorũ mulctura seu mercede macinandi granũ, ultra lipram unã pro singulis lipris quattuordecim, & si dederint ultra lipras tres furfuris, siue cruschæ pro singulo stario farinæ, Teneantur ipsi Molinarii id supra plus quod repertũ fuerit recipere & tantũdem bonam farinã loco ipsius furfuris siue cruschæ restituere siue dare ipsi datori, sub pœna predicta, & ulterius teneant' ad damna.

¶De eodem.

VT ex negligentia seu absentia datorum granum ad macinandum, non ualeant Molinarii restituere farinam, in minori pondere quã debetur: Prouisum est, q̃ Molinarii teneantur & obligati sint

tenere in domo ubi pensabitur bladum & farinam, unum stariũm farinæ furmenti, & alium stariũm farinę sicalis pro quolibet molandino ita q̃ dictus pensator qui inuenerit aliquẽ sachum alicuius personæ minus iusta pensa ualeat suppleri facere de ipsa farina sic tenenda sub pœna soldorum uiginti imperialium pro quolibet & qualibet uice, in quam pœnam incurrat pensator si in continenti nõ denunciauerit iudici uictualiũ illum talem molinarium qui nõ manutenebit farinam ut supra.

¶De eodem.

NON possint Molinarii recusare & seu se excusare de nõ restituendo granũ sibi datum ad macinandum in tanta bona farina, sub prætextu q̃ in ipso molandino facta fuerit, aliqua robaria siue furtum cõmissum nec etiam possint sedere desuper ipsam farinam, quando eam ducunt ad restituendum, imo teneantur sachos farinæ tenere copertos ne balneantur, & crescat in pondere, sub pœna soldorũ decem applicandorum ut supra & ulterius liceat cuilibet expellere molinarũ repertum desuper farinam, & uerberare impune dũmodo sanguis nõ exeat.

¶De eodem.

NON ualeat quis molinarius siue famulus molinarii, in die mercati accedere ad mercatum pro emendo granũ usq̃ ad medium diem, in quo fit mercatum sub pœna soldorũ uiginti pro quolibet & qualibet uice applicandorum ut supra.

¶Rubrica Generalis de piscatoribus.

STatutũ est q̃ D. Potestas Ciuitatis Vigleuani teneat' portari facere pisces quos capiũt piscatores in territorio Vigleuani, ad uendẽdũ sup platea publica dictę Ciuitatis, pro illis preciis q̃bus eisdem piscatoribus data fuerit ꝑ uisio ꝑ dominos duodecim uisionarios

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI I. I. ПЕЧНИКОВА

& si contrafecerint soluant pro banno Cõmuni Vigleuani soldos uiginti imperialiũ pro quolibet & qualibet uice, & eãdem pœnã incurrant ipsi piscatores si reperti fuerint portare pisces ad uendendũ extra territorium dictæ Ciuitatis & ultra amittant pisces & ꝓ quælibet persona possit piscare in omnibus aquis dictæ Cõmunitatis etiam incantatis cum botarolo tantum sine ulteriori licentia nec solutione facti.

¶De eodem.

Teneantur omnes piscatores cõsignare pisces Quos uendere uoluerint Domino Potestati dictæ Ciuitatis, antequam portent ad uendendum sub pœna amissionis ipsorum piscium, & ulterius teneantur dare ipsi Potestati, pisces pro usu suo precio unius soldi minus pro lipra quã sit prouisio data utsupra.

¶Rubrica Generalis de fornaxariis.

Item statutum est ꝓ fornaxarii Teneantur facere lapides & cupos qui fient in finibus Vigleuani ad modũ Mediolanensem, sub pœna soldorũ decẽ imperialiũ pro quolibet milliari reperto minoris granditudinis.

¶Rubrica Generalis. De falsis pensis & mensuris.

Ad obuiandum fraudibus quæ occurrere possent circa mensuras & pensas, Ordinatũ est ꝓ singulis tribus mensibus per consilium generale dictę Ciuitatis, eligantur duo officiales, qui reuisores appellentur. Quorũ officium erit singula ebdomoda prout opportunũ fuerit una cum iudice uictualium accedere per ipsam Ciuitatem & suburbia ad uendentes per mensuram & pondus, & si qui reperti fuerint habere falsas pensas & mensuras soluat pro banno Cõmuni Vigleuani pro qualibet pensa siue mensura falsa soldos triginta imperialium pro qualibet uice.

¶De eodem.

Omnes pensæ quæ stateræ dicuntur, sint ferreæ in totum & qui usus fuerit aliqua pensa quæ habeat manicum de ligno puniatur in soldis quinque imperialium pro singula uice, & ulterius dicta pensa comburratur, siue frangatur.

¶De eodem.

Omnes homines uendentes ad minutum ad pondus, uel mensuram, non utantur aliqua pensa uel mensura nisi fuerit bullata saltim bis in anno per dictos officiales, sub pœna soldorum decem pro quolibet & qualibet uice.

¶De eodem.

Si qui magistri aptatores mensurarum & stateraru minus iuste aptauerint pensas & stateras, puniantur pœna soldorũ uiginti pro qualibet pensa siue mensura, & qualibet uice, & ulterius soluat pœnã in qua esset comdẽnatus, ille, qui fuerit repertus uendere ad talem mensuram siue pensam iniustam.

¶Quod bubulci nõ uadant super plaustris per Ciuitatem.

Item statutũ est, ne aliquis bubulcus audeat nec præsumat stare super carro, uel barocio per Ciuitatem Vigleuani uel burgos cohærentes Ciuitati, nec eundo per Ciuitatem uel suburbia, & qui contrafecerit soluat pro bãno pro qualibet uice soldos decem imperialiũ, in denariis numeratis, & quilibet possit accusare & credatur suo iuramento, & medietas ipsius pœnæ seu banni sit accusatoris, & alia Cõmunis Vigleuani, & ꝓ quilibet bubulcus ducens plaustrũ per Ciuitatem & suburbia utsupra teneat ire iuxta, & ꝓpe boues sub eadẽ pœna.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de bechariis.

¶De carnibus morbosis nō uendendis.

Statutum est, ꝙ si qua persona uendiderit aliquam bestiam rabiosam, uel morbosam, soluat pro banno Cōmuni Vigleuani libras decem imperialium pro qualibet bestia, item si quis uendiderit carnes morticinas uel gramegnosas, aut aliquo alio morbo uel menda contaminatas, uel infectas, in bancho uel extra, soluat pro banno Cōmuni Vigleuani libras tres imperialium pro qualibet uice, & quilibet possit accusare, & probare tales effectus cum uno teste, & ꝙ nullus debeat uendere porcam castratā, uel nō, pro porco masculo, nec pecudes pro castrono, nec agnos pro edis, nec capram pro agnella, Sed teneantur prædicta tenere & uendere, separatim & diuisim, saltem per brachium unum, unam ab altera sub pœna & banno soldorum uiginti imperialium pro quolibet & qualibet uice, & credatur suo sacramento cuilibet datori, & accusatori.

¶De eodem.

Vuod nullus becharius debeat interficere aliquas bestias, ab una aue maria ad alteram, nisi de die tantum, & ipsas bestias interficere in eius apotecha solita aperta, uel sub porticu de antea & non in domibus priuatim, nec extra plateam sub pœna soldorum uiginti imperialium pro quolibet & qualibet uice, Et quilibet possit accusare & credatur suo iuramento cum uno teste, & quilibet becharius teneatur dare de carnibus cuilibet ementi & petenti, in illa parte quæ placuerit ementi, & in ea quantitate, put ipsi ementi uidebitur, nec possit becharius diminuere aliquid de grassa rognoni, nec dare aliquam adiunctam de deterrioribus carnibus, nec etiam de capite uel pedibus eiusdem bestiæ, sub pœna prædicta, & credatur accusatori cum suo iuramento.

¶De ruttō non tenendo super stratis.

NVlla persona audeat tenere ruttū siue ledamen in ipsa Ciuitate super uiis publicis ultra tres dies, sub pœna soldorum decem pro quolibet & qualibet uice applicanda Communitati ut supra.

¶Rubrica Generalis de iudice stratarum & eius officio.

IN quibuslibet Calendis Ianuarii per Consilium generale dictæ Ciuitatis eligantur ad sortes tres persone quorum nomina presententur Illustrissimo, & Excellentissimo Duci Mediolani. Et Exc. sua eliget unū ex eis qui appellet iudex stratarū, cuius officium sit coequari facere uias magistras existentes tam in Ciuitate & territorio Vigleuani quā super toto eius Comitatu, habeatq; authoritatem cogendi Cōmunia locorū super confinibus suis, & particulares personas per medium siue iuxta suas possessiones, ad tenendum stratas coæquatas & expeditas, ita ꝙ non sit aliqua pendorita, per quam plaustra & barrocia possent periclitare, & etiam ꝙ non remaneat aqua, siue fouea plena aqua, in dictis uiis publicis, & etiam tenere sepes remondatas, ac inobedientes comdemnare in pœnis inferius annotatis, & ipsas comdemnationes exequutioni demandare, Sūmarie & sine processu, & Dominus Potestas Vigleuani teneatur, circa præmissa, dare omne auxilium & fauorem. Possitq; etiam cogere Cōmunia locorum, & particulares personas ut supra ad manutenendum pontes super aquis, ita ꝙ tempore inhundationis possint conducentes uictualias cum plaustris & equis secure pertransire, dictas aquas, Habeat dictus officialis a Cōmune Vigleuani pro eius annuo salario libras uigintiquinq; & ulterius habeat medietatem omnium comdēnationum per eum fiendarum præmissa de causa, Alia uero medietas spectet & pertineat dictæ Cōmunitati Vigleuani.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

¶De eodem.

QVicunq; præceptũ fuerit per dictũ officialem siue iudicẽ stratarũ, de adaptando uias iuxta suas possessiones: adaptando sepes & manutenẽdo pontes utsupra, sit sibi pœna imposita soldorũ quadraginta imperialiũ pro quolibet & qualibet uice, qua reperti fuerint renitentes siue inobedientes applicandarũ utsupra & si fuerit aliquod Cõmune, cui præceptũ fuerit utsupra & nõ paruerit mandatis utsupra incurrat pœnã florenorũ decem applicandorũ utsupra pro qualibet uice, & nihilominus dictus iudex ualeat & possit expensis ꝓpriis dictorũ Cõmuniũ, & seu particularũ personarũ aptari facere dictas stratas, sepes, & pontes, & eos cogere ad satisfaciendum ipsam expensam & pœnã omnibus efficacioribus iuris remediis etiã per personalem detentionem.

¶De eodem.

QVilibet habens spinatã uiuã circũ circa possessiones suas, teneatur semel in anno de mense Martii, Remondari facere ipsas spinatas, ita ꝙ nõ impediant reliquos cõuicinos transire per solitos accessus, nec etiã itinerantes per uias publicas, sub pœna soldorũ uiginti imperialiũ pro quolibet contrafaciente & qualibet uice.

¶Rubrica Generalis de Marosseriis.

QVllus possit esse marosserius seu mediator nec exercere artem marossariæ, nisi prius fuerit matriculatus receptus & collaudatus per consiliũ dominorũ Mercatorũ artis lanæ dictæ Ciuitatis, & nisi præstito iuramento & fideiussione de fideliter exercendo dictã artem & de obseruando capitula infra, & alias ordinationes dictorũ mercatorum sub pœna librarũ Quinq; imperialiũ pro quolibet & qualibet uice applicandarũ Cõmunitati Vigleuani pro medietate, & pro alia medietate paratico dictæ artis.

¶De eodem.

QVilibet marosserius, teneat & debeat scribere in uno Quaterneto omnia mercata, quæ fieri cõtigerit eius medio, exprimendo & notando annũ mensem & diem nomina emptoris & uenditoris, specificando qualitatẽ quantitatem & precium rei uenditæ, ac terminũ ad soluendum, si ad credentiam dari contingerit.

¶De eodem.

NVllus marosserius possit accipere pro mercede sui marossi, nec cõuenire de accipiendo ultra soldos decem imperialium ab ambabus partibus pro singulo centanario librarũ imperialiũ pręcii rei uenditæ, sub pœna quadrupli applicanda pro medietate Cõmuni Vigleuani, & pro alia medietate accusatori, & ulterius perpetuo priuet dicto officio marossariæ, & quilibet possit accusare, suo iuramento cum uno teste.

¶De eode&.

NON audiantur marosserii, si post mercatũ lapsis sex mensibus petierint aliquid occasione suæ mercedis, nisi intra ipsos sex menses fecerit querimoniam.

¶De eodem.

NVllus marosserius matriculatus publice exercens officiũ marossariæ, nõ possit aliquas merces, nec bona emere pro se, sub uelamine, ꝙ uelit talem rem uendendam, emere, nomine alterius Sed teneatur exprimere uenditori, uelle nomine proprio tale mercatũ facere, sub pœna Florenorum decem applicandorum dictæ Cõmunitati, & ulterius dicta uenditio nõ ualeat.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica Generalis de mercatoribus Lanarum & draporum.

¶Contra laborantes lanas uetitas.

PRimo enim ad obuiandum fraudibus nonullorꝝ Qui laborari faciunt & laborant ad artem prædictã in dicta Ciuitate & territorio Vigleuani, qui nõ uerentur in pãnis quos fieri faciunt inserere tondellam, garzaturã, pilum calcinatũ lanã de pelliciis, & multa alia tendentia ad fraudem & falsitatẽ dictæ artis, In magnũ dedecus dictæ artis, & diminutionẽ eius honoris & iacturã cameræ, quæ cõmodũ maius suscipit, quo de arte ipsa ulterius laboratur, Prouideꝫ statuitur & ordinatur, ꝙ nulla persona cuiusuis conditionis existat, audeat, nec præsumat in pãnis fiendis in Ciuitate uel territorio Vigleuani, ponere uel inserere seu poni uel inseri facere, aliquã siue paruã siue magnã quantitatem, taliusmodi tondellæ, garzaturę pili calcinati lanæ de Pelliciis, & aliorũ qui nõ congruũt in pãnis apponi uel aliquod, ipsorꝝ. Et qui contrafecerit puniatur in libris uigintiquinq; imperialiũ pro qualibet uice, & in amissione talis modi pãni lanę & pili, & aliorꝝ de qbus supra. Cuius pœnæ tertia pars perueniat in camerã Illustrissimi. D. D. nostri, Alia tertia pars perueniat in paraticũ dictæ artis, & Alia tertia pars perueniat in accusatorẽ siue inuentorẽ de prædictis, & ꝙ Consules dictæ artis, qui sunt & per tempora erunt, teneant & debeant postquã eis inotuerit de prædicta falsitate & mixtura, tales contrafacientes, seu contrafieri facientes comdẽnare punire & mulctare pœnis suprascriptis, & etiã si ipsis Consulibus de consensu & uoluntate quattuor ex mercatoribus dictę artis uidebitur, priuare & omnino suspendere, perpetuo uel ad tempus uti ipsis Consulibus uidebit, & placuerit suspendere uel remouere a dicta arte & eius societate, facta prius notitia Illustrissimo. D. D. nostro de priuatione perpetua, quæ alias nõ ualeat, & si dicti Consules negligentes uel remissi, post lapsum unius mensis imediate sequentis in comdẽnando puniendo uel mulctando dictos transgressores & contrafactores extiterint, postquã eis taliter innotuerit, ipso iure & facto sint a

dicto officio consulatus priuati, & ad illud eligi nec admitti possint usq; ad annos quinque tunc proxime secuturos.

¶Quod consules perquirant contrafacientes, & de pœna illorꝝ qui prohibuerunt & dixerint aliqua uerba Consulibus.

DOrro, ut prædictis fraudibus euidentius occurratur Statuitur & ordinatur ꝙ Consules prędictæ artis qui sunt & per tempora fuerint, sub pœna in ꝓximo pręcedenti capitulo ãnotata, Teneant & debeant singulo mense, eorꝝ officio consulatus durante, semel ad minus & plus si eis uidebit de prædictis contentis in ꝓximo præcedenti capitulo inquisitionem & perquisitionẽ facere, eundo saltem in ꝓpinquis uicinis illius contratæ per domos solaria apotechas & loca exercentium artem prędictã. Et si quis fuerit tantæ temeritatis qui eisdem consulibus, sociis, famulis, uel seruitoribus suis dicto uel facto prædictã inquisitionẽ seu scrutationẽ facere uel per eius domos solaria uel apothecas, aut loca fre & inquirere prohibuerit seu ꝓhiberi fecerit, & seu eisdem uerba iniuriosa uel contumeliosa dixerit, uel molestiam & iacturã fecerit Cadat in pœnã ipso facto Ducatorꝝ Quindecim auri applicandorꝝ pro tertia parte, cameræ Illustrissimi Domini Domini nostri pro alia tertia parte paratico dictæ artis & pro alia tertia parte prædictis consulibus.

¶Contra drapos forenses, nõ uendendos in Ciuitate Vigleuani.

GErum cũ parũ prodesset intrinsecis fraudibus obuiare, si & extrinsecis, nõ obuiaret Quia alia sunt loca & plurima, in qbus dicta Ars Lanificii exercet, in quibus nõ sunt ordines ꝓuisiones & regulæ contra falsificantes dictã artem, prout sunt in Ciuitate Vigleuani, & ex eo nõ uerentur tondellam, garzaturã, pilum calcinatũ lanam de pelliciis & similia in bonos pãnos nõ congrua, de ipsis facere & fieri facere pãnos tam altos quã bassos, & factos deferre ad uendendũ in Ciuitate Vigleuani, ex quibus succedunt immensa damna ementibus tales

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені О.М. МЕЧНИКОВА

pānos & grande dedecus & infamia dictæ arti & ad omnē bonū finem & effectum, Statuit & ordinatur q̃ in dicta Ciuitate uel territorio Vigleuani minime cōduci possint, nec uendere aliquos pānos forenses cuiusuis maneriei uel qualitatis existant, sub pœna librarū uigintiquinq̃ imperialium pro qualibet petia pāni quæ conducerēt ad uendendum in Ciuitate Vigleuani & seu eius territorio, quæ pœna applicēt utsupra & ulterius sub pœna ammissionis talium draporum.

¶Contra tenentes laboratores & exercitatores illicitos, ad dictā artem.

Item q̃ nō liceat nec licitū sit, alicui dictam artē exercenti in dicta Ciuitate Vigleuani & eius territorio accipere uel conducere intus laboratorē & exercitatorem ad dictā artem, Qui tam uigore præsentium ordinationū quā aliter quomodocūq̃ fuerit priuatus suspensus remotus & interdictus a dicta arte, & si ignoranter accepisset uel conduxisset teneat & debeat postquā eis fuerit per Consules dictæ artis notificatum & denuntiatū, talem priuatū suspensum, remotū uel interdictum excumiare & ad prædicta non admittere sub pœna Ducatorū quinq̃ auri applicandorū pro medietate dictæ arti & paratico ipsius artis, & pro alia medietate Consulibus ipsius artis pro quolibet contrafaciente & qualibet uice, & hoc dūmodo nō haberent licentiam a dictis Consulibus subscriptam eorum & notarii dictæ artis manibus propriis.

¶Contra ementes lanas ab uno centanario infra sine licentia Consulum artis.

Item quia per aliquos laboratores dictæ artis & filatrices Lanarū ad opus dictę artis, Cōmittunt diuersimode furta, & subtractiones lanarū quæ dantur eis ad filandū & ad laborādum, quas uendunt quandoq̃ merzariis quādoq̃ sellariis, quandoq̃ aliis personis in grande damnum exercentiū dictam artē, Prouida deliberatione, Statutū & ordinatū est, Quod nullus merzarius, siue sellarius, nec quispiam alter cuiusuis

conditionis & gradus existat, Audeat uel presumat emere ab aliqua persona cuiusuis conditionis existat, aliquam quantitatem lanæ lotam uel non filatam, ab uno centanario infra in pauca siue magna quantitate sine speciali licentia Consulum dictæ artis qui sunt & per tempora erunt sub pœna unius Ducati auri pro qualibet libreta lanæ cuilibet contrafacienti & qualibet uice, & contra tales fieri possit ius sūmarium & expeditū & de prędictis præfati Domini Consules possint, & ualeant facere & fieri facere præcepta penalia precipere, citari facere iusdicere, inquirere, comdēnare, & punire, ac omnia alia & singula facere & administrare putetit expediens, & prout præfatis Dominis Consulibus uidebitur & placuerit. Et si quis ipsis inquirentibus aut cuilibet eorū inquisitori & nūcio uetari prætemplurit uel uetari facere, q̃ ipso iure & facto cadant & ceciderisse intelligantur in pœnā Ducatorū decem auri applicandorū utsupra, & similis pœna sit etiam uendenti & uendentibus dictam lanā.

¶Contra nō bullantes pānos, & maxime garzatos.

Item q̃ nullus apparigiator draporum habitans in Ciuitate uel territorio Vigleuani audeat uel præsumat aliquam petiam panni sibi datam ad apparigiandum Dare reddere uel restituere uel dari reddi uel restitui facere, ei uel eis, qui tales drapos sibi dederint ad apparigiandum nisi prius fuerit per dictos Consules, uisa laudata & bullo plumbeo dictæ artis bullata, sub pœna cuilibet apparegiatori contrafacienti unius floreni pro qualibet petia panni, & pro qualibet uice qua contrafecerit applicandi utsupra in primo capitulo in ordine continetur, Quod autem dicitur de petia idem intelligatur de quolibet capicio panni a decem brachiis supra Quibusquidem bullatione & cognitione taliter factis, possint omnes & singuli Drapi taliter bullati uendi permutari donari, & alienari tam in Ciuitate & territorio Vigleuani quā alibi ubicunq̃, & in quacunq̃ ciuitate terra & loco absq̃ alia præsentatione de drapis ipsis fienda coram quauis alia persona.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Contra Consules bullantes drapos non bullandos.

ITem ꝓ si ullo unquã tempore reperiantur siue reperiet̃ aliquis uel aliqui ex dictis drapis taliter bullatis fuisse & esse cõpositionis & fabricationis nõ eiusdem bonitatis prout disponitur ex forma prædictorũ Capitulorũ & præsentiũ statutorũ. Eo casu Consules qui eos drapos bullassent, Cadant in pœnã librarum decem imperialium pro quolibet drapo, & qualibet uice qua contrafactũ reperiatur applicandarũ prout in primo ex dictis capitulis continetur.

¶Quod Consules teneantur artem lanæ fideliter exercere.

ITem ꝓ Consules electi siue eligendi super dicta arte Lanæ Ciuitatis Vigleuani, Teneant̃ & obligati sint dictum suũ officiũ Consulatus bene recte rite & fideliter exercere, & obseruare præsentia statuta, & contenta in eis, sub pœna Florenorũ decem pro singula uice, qua reperientur contrafacere applicandorũ utsupra in primo capitulo continet̃ & ulterius intelligantur priuati & priuentur dicto officio Consulatus, & ipsi officio admitti nõ possint usq; ad annos Quinque exinde ꝓximos.

¶Quod Consules reddant rationem cuilibet de quibuscunq; spectantibus dictæ arti.

ITem ꝓ liceat & licitũ sit Dominis Consulibus dictæ artis, præsentibus, & qui per tempora erunt, iusdicere & ius & rationẽ facere & reddere, quibuscũq; personis requirentibus, in omnibus & singulis spectantibus dictæ arti Lanæ, & dependentibus ab ea, citare, & requiri facere mulctare, comdẽnare absoluere & alia facere & expedire, quæ fienda & expedienda uenerint in præmissis & circa præmissa & quolibet præmissorũ, & quicquid per ipsos Consules iudicatum & factum fuerit, ualeat & teneat & effectum sortiatur.

¶Quod Consules possint ius facere, quibuscunq; committentibus fraudem in laborando drapos.

ITem si contingerit per aliquẽ textorẽ draporũ sguratorẽ apparegiatorẽ uel tinctorem in pãnis sibi datis, ad texendũ, sgurandũ apparegiandũ & tingendũ, Cõmitti aliquẽ fraudem uel errorẽ uel eos deuastari fragiari maculari uel aliter dãnificari, ꝓ liceat & licitũ sit ac possint & ualeant. D. Consules dictę artis, qui de pręsenti sunt & per tempora erunt in præmissis & circa præmissa & quolibet præmissorũ ac dependentibus emergentibus & cõnexis ab eis & quolibet ipsorũ, ad requisitionem partis ius dicere iudicare, punire, comdẽnare sententiare absoluere & facere prout ipsis. D. Consulibus uidebitur iuris fuisse & esse, & quicquid fuerit iudicatũ sententiatũ cõdẽnatũ & factũ per præfactos. D. Consules ualeat & teneat, ac effectũ sortiat̃, & a declaratione & sententia ipsorũ Consulũ occasione præmissorũ nemini liceat appellare nec appellationem interponere, quia causa mercantilis est.

¶Quod panni bassi sint ad minus in centanariis nouem & alti in centanariis. xviii.

ITem ꝓ nõ sit aliqua persona, quæ audeat nec præsumat facere uel fieri facere aliquos drapos bassos nisi de centanariis ad minus nouem, & drapos altos nisi de centanariis ad minus decemocto, sub pœna librarũ decem imperialium, pro qualibet petia applicandarũ utsupra pro quolibet contrafaciente & qualibet uice. Et ꝓ Consules ipsius Artis præsentes & futuri habeant potestatem authoritatem & bailiam inquirendi puniendi & comdẽnandi Quoscunq; contrafacientes.

¶De electione Consilii & Consulum dictæ artis singulo anno fienda.

ITem ꝓ singulo anno eligantur duo Consules dictæ arti & Consilium triginta uirorum ad sortes prout consuetum est, qui habeant

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. MECHNIKOBA

authoritatem ordinandi prouidendi disponendi in omnibus & singulis opportunis pro dicta arte.

¶Cōtra uendentes drapos sup Sibio.

ITem q̃ nō sit aliqua persona quæ audeat uel præsumat uendere drapum super Sibio ad minutū sub pœna soldorꝫ quinq̃ imperialium pro quolibet brachio & qualibet uice qua quis contrafecerit.

¶Contra facientes azias & ballas ponderis plus debito.

ITem q̃ qlibet mercator draporꝫ teneat, & obligatus sit tenere & adoperari ad ponderandū azias & ballas & lanā laboratā Stateras seu pēsas ferri iustas, & dare solū lipras duas & onzias sedecim lanę pro qualibet balla tramę quā dederit ad filandū, & solū onzias. xvi. usq̃ in decē & septem staminis pro singula azia quā dederit ad filandum, & si quis contrafecerit comdēnetur in grosso uno pro qualibet onzia, quæ reperient fore plus pondere prędicto, & in Ducatis decē pro qualibet pensa seu statera falsa, Quæ pœna pueniat & peruenire debeat prout supra in primo capitulo continetur, & q̃ quilibet possit accusare & stetur eius iuramento.

¶Quod qlibet possit laborare ad artē Lanę sine soluere aliqd paratico.

ITem q̃ liceat & licitū sit cuilibet laboratori lanaꝫ textori draporꝫ apparegiatori, & garzatori, & cuilibet se exercenti ad dictam artem, tute libere & impune, & absq̃ ulla solutione uel pagamento uenire ad laborandū & laborare ad dictam artem, & artes in Ciuitate & territorio Vigleuani pro maiori cōmoditate artis prædictæ & mercatorꝫ ipsius artis, & si quis præsumpserit contrauenire uel contrafacere cadat in pœnam florenorꝫ decem applicandorꝫ ut supra, saluo & reseruato si tales laborantes essent interdicti uel exceptuati uel bāniti a dicta arte propter aliquas

aliquas fraudes, per ipsos in dicta arte cōmissas & prout in capitulis & statutis suprascriptis cōtinet.

¶Contra falsificantes artē lanæ.

ITem quia in dicta arte & lanificio diuersimode cōmittunt errores, & fraudes, etiam de his quę nō continent in statutis & ordinibus dictæ artis Quæ fraudes secundum naturam delicti debent puniri, Prouida deliberatione. Ordinatū est q̃. D. Consules dictæ artis, qui de pręsenti sunt & per tēpora erūt, una cū quattuor ex mercatoribus electis, tarizatoribus dictæ artis lanæ possint & ualeant inquirere, punire, mulctare sententiare, & comdēnare, tales contrafacientes & fraudantes prout ipsis Consulibus, & tarizatoribus uidebit attenta qualitate personæ & delicti.

¶Quod filoni teneant satisdare in Ciuitate Vigleuani.

ITem ordinatū est q̃ filoni qui filare faciunt stamina mercatorum Ciuitatis Vigleuani extra ipsam Ciuitatem, teneantur & obligati sint idonee satisdare pro Ducatis Ducentū uel in Ciuitate Vigleuani uel in Ciuitate Mediolani de bene & fideliter exercere, filari facere dicta stamina & lanam sine ulla fraude & de nō retinendo dicta stamina ultra menses tres imediate sequuturos, a die quo habuerint & receperint talia stamina a dictis mercatoribus & ea talibus mercatoribus reconducere & reconsignare in Ciuitate Vigleuani bene filata, & ordinata & ad pondus debitum habita condigna mercede prout erit in concordia cum talibus mercatoribus.

¶Quod stamina mercatorꝫ Vigleuaui possint ubiq̃ cōduci sine datio.

ITem ordinatum & statutum est, q̃ omnia stamina Mercatorum Ciuitatis Vigleuani possint transmitti ad filandum ubiq̃ locorum & deinde reduci Vigleuanum, sine aliqua solutione dacii pedagii gabellæ, & quacunq̃ alia solutione uel consignatione, nec

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

alio impedimento seu molestia sub pœna cuilibet contrafacienti ducato-
rum decẽ pro qualibet uice aliquibus in cõtrariũ facientibus nõ attentis.

¶Contra tingentes drapos forenses.

ITem ordinatũ est ꝙ tinctores Ciuitatis Vigleuani & qui labo
rant uel laborari faciunt ad artem tinctoriæ in Ciuitate & terri
torio Vigleuani, nõ audeant nec præsumant tingere nec tingi
facere aliquos drapos, seu aliquã petiam drapoꝝ alicui forensi, nisi prius
uisi & laudati fuerint per. D. Consules dictæ artis, qui de præsenti sunt &
p tẽpora erunt & ab eis bonã licentiã habuerint, & si quis contrafecerit
cadat in pœnã unius Ducati auri applicãdi utsupra, & ꝙ Drapi fabricati
extra dominiũ nullatenus possint tingi in Vigleuano sub pœna ammis-
sionis talium draporum applicandorum utsupra.

¶Contra tinctores falsificatores ad tingendum drapos.

ITem quia aliquando reperiunt tinctores tingentes pãnos in
nigro de moragho, seu uidriolo, uel ex aliis rebus dãnosis &
nõ congruis in grande damnũ dictoꝝ draporũ & ementium,
ordinatũ est, ꝙ nõ sit aliquis tinctor draporum qui audeat uel
præsumat tingere drapos in nigro, seu bruna, nisi de gualdo rubra bul-
la, & herba & bono modo & congruo sine damno uel detrimento ipso-
rum drapoꝝ sub pœna cuilibet contrafacienti & qualibet uice Ducato-
rum decem pro qualibet petia pãni applicandoꝝ utsupra uidelicet ter-
tiam partem Illustrissimo. D. Domino nostro tertiam partem accusato-
ri seu inuentori & aliam tertiam partem paratico dictæ artis.

¶Quod quilibet incipiens artẽ lanæ faciat se scribere in libro paratici.

ORdinatum est, ꝙ quilibet uolens exercere artem lanæ in Ciuita-
te & territorio Vigleuani de nouo, elapso uno mense proxime

futuro, teneat soluere paratico dictæ artis, Ducatũ unũ auri in principio
& teneat se facere scribere in libro paratici dictæ artis, & si quis presum-
pserit laborare seu laborari facere drapos in Ciuitate Vigleuani & nõ fe
cerit se scribere, in dicto libro ꝙ possit sibi aufferri lana & drapi qui repe-
rientur esse laborati, quę lana & drapi perueniant in paratico dictæ artis.

¶De modo tirandi drapos in clouería.

ITem ordinatum est ꝙ nõ sit aliqua persona, quæ audeat uel præ-
sumat tirare aliquos drapos in clouería nisi in forma prout infra
uidelicet, drapos de centanariis decem & octo in quartis octo cũ dimidia
& drapos in centanariis uiginti in quartis nouem & nõ ultra. Et si quis
contrafecerit comdẽnetur in floreno uno pro quolibet drapo & qualibet
uice, & quilibet possit accusare, & accusator teneatur secretus, & habeat
tertiam partem accusæ, & reliquæ duæ partes in paraticum dictæ artis, &
datum fuit partitum super ipso capitulo & obtentum fuit, ꝙ contenta in
dicto capitulo obseruentur.

¶Quod forenses nõ possint conducere drapos ad fabricandũ in Vigleuano.

ITem ordinatũ est ꝙ nõ sit aliqua persona forensis cuiusuis con-
ditionis sit quę audeat uel pręsumat conducere, uel conduci face-
re drapos in Ciuitate Vigleuani, nec eius territorio, ad texendũ, ad sgu-
randũ, nec ad garzandũ, si primo & ante omnia eos nõ pręsentauerit con-
sulibus artis sub ammissione draporũ, & ultra ꝙ illi qui recipient dictos
drapos comdẽnent in Ducato uno auri pro medietate camerę Illustrissi-
mi. D. Domini nostri, & alia medietate paratico dictæ artis, & ultra ordi-
natũ est, ꝙ illi qui conducũt drapos utsupra, iurent ad Sancta Dei euan-
gelia in manibus Consulum obseruare ordines sicuti Vigleuanenses, &
ꝙ soluat Ducatum unũ pro paratico pro quolibet mercatore, & ponant
signum suũ uel marcham in libro mercatoꝝ Vigleuani.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Quod non possit laborari Lana deterior prouinciæ.

ITem ordinatũ est, ꝙ nõ laboret lana grossa uidelicet a lana puinciæ infra in drapis altis & sic factis multis discussionibus & dato partito, ordinatũ est ꝙ nõ sit, qui audeat laborare lanã grossam in pãnis altis, nisi solũ in pãnis bassis & hoc sub pœna contenta in capitulis dictæ artis lanæ Vigleuani, & prout si esset lana pellicina.

¶Contra Textores.

ITem ordinatum est, ꝙ si reperiretur aliquis textor draporum, qui extraheret aliquos filos de drapis quos habuerit ad texendum ꝙ sit sibi pœna soldorum decem imperialium pro quolibet filo, quem extraxerit de drapis, quæ pœna perueniat in paraticum.

¶De eodem.

ITem ordinatũ est ꝙ si quo tempore reperiret aliquis textor draporũ, qui fecerit aliquẽ cauezolũ, ꝙ comdẽnetur in libris decem tertiolorꝝ, & priuetur usq; ad annos quinq;, ꝙ nõ possit exercere dictã artem saluo nisi habuerit licentiam a Consulibus dictæ artis.

¶Quod panni bassi non possint tirari in cloderiam.

ITem ꝙ nõ sit aliqua persona, quę præsumat tirare pãnos bassos ad Cloderiã, sub pœna librarũ decẽ tertiolorꝝ pro quolibet & qualibet uice.

¶Quod mercatores & textores teneant Marchare drapos.

ITem ꝙ quilibet mercator draporꝝ, & qlibet textor draporꝝ teneant ponere eorꝝ signũ super drapis suis, & quos habuerit ad texẽdũ sub pœna unius floreni pro quolibet drapo nõ signato.

¶Quod nullus possit uendere lanam ab uno centanario infra.

ITem ꝙ non sit aliqua persona quæ audeat uel præsumat pignorare uendere nec alienare aliquam quantitatem lanæ filatæ, uel nõ filatæ, ab uno centanario infra, alicui personæ, sub pœna contenta in capitulis artis lanæ sine licentia Dominorꝝ Consulũ.

¶Contra Sguratores.

ITem ꝙ non sit aliqua persona, quæ præsumat uti aqua forti nec aliqua artificiatura ad sgurandum drapos sub pœna librarũ quinque pro quolibet contrafaciente, & ulterius priuetur ꝙ non possit sgurare drapos infra annum unum, & ꝙ quilibet uolens teneatur ipsos drapos sgurare de sapono & nõ aliter, & ꝙ Consules teneantur dare sacramentum cuilibet sguratori draporum famulis, & aliis Quibus placuerit de non contrafaciendo &c. & ꝙ quilibet possit accusare contrafacientes & habeat tertiam partem accusæ.

¶Quod quilibet citatus coram Consulibus compareat.

ITem ꝙ quælibet persona citata per seruitorem, ad instantiam alicuius personę, & talis citatus si fuerit contumax ad comparendum coram prefactis Consulibus, comdemnetur pro prima uice in grosso uno secunda uice in grossis duobus, & pro tertia uice in grossis tribus, & fiat comdemnatio siue licentia pignorandi ipsum citatum, delato tamen iuramento creditori, de eo quod habere debuerit a dicto tali debitore suo citato ut supra.

¶Contra textores uendentes stropos.

ITem ꝙ si quis textor repertus fuerit uendere aliquos stropos, siue pianetos, siue filos Lanæ alicui personæ comdemnetur in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſoldos duodecim imperialium applicandis utſupra pro qualibet lipra minuta, & qualibet uice & ſimiliter punniatur quilibet emptor dictarum rerum.

¶Quod laborator teneatur notificare mercatori, quando uult ab eo diſcedere.

ITem ꝓ quilibet laborator lanæ, qui laborauerit cum aliquo mercatore, nō poſſit nec ualeat relinquere ipſum mercatorem, & ire alboratum cum aliquo alio niſi primo fecerit notitiam dicto primo mercatori, de octo diebus ante talem receſſum, ſub pœna ſoldorum uiginti imperialium applicandorum utſupra.

¶Quod Poteſtas Vigleuani teneatur exequutioni demandare, ordinationes Conſulum artis lanæ.

ITem ꝓ Dominus Poteſtas Vigleuani teneatur exequi facere per eius familiam omnes ordinationes ſententias & licentias quæ fieri & concedi contingerit, per Conſules dictæ artis Lanæ in cauſis ipſius lanificii, & dependentibus, & inter mercatores & laborarores, & etiam inter ipſos mercatores dictæ artis, omni exceptione remota, ſub pœna Florenorum uiginti quinque Ducali cameræ applicandorum pro qualibet uice, qua recuſauerit talem executionem cōmittere, & fieri facere ſi requiſitus fuerit.

¶De eodem.

ITem ꝓ in cauſis ſpectantibus dictis Conſulibus artis lanæ non poſſit quis, uti beneficio ſtatuti Vigleuani Diſponentis contra præſentes ordines artis lanæ, Sed eis intelligatur expreſſe derogatum.

¶Rubrica Generalis de oneribus.

¶De electione reformatorum extimi.

CVM beneficio Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi. D. Domini Ducis noſtri Ciuitas Vigleuani nomen & titulū Ciuitatis acceperit & Comitatu inſignita fuerit, merito uiſum fuit nouū extimū in dicta Ciuitate facere Quod extimū Ciuitatis Vigleuani uocetur, & quod per quinquenium duret, & ſingulo qninquenio reformetur, per modum & formam in preſentibus ſtatutis contentam, Sed quia id ſine miniſterio hominis expediri nō poteſt, ideo cautū eſt ꝓ per conſilium generale dictæ Ciuitatis eligantur tres Nobiles, tres Mercatores, & tres de plebe. Qui aſiſtente Domino Prætore Vigleuani extimum dictæ Ciuitatis faciant, & in duobus libris redigant, quorū unus penes Cancellarium rationatoriæ, & alter penes Cancellarium conſiliorum Cōmunis remaneat, quorum electio ad tardius fiat poſt publicationem præſentium ſtatutorum infra decem dies, & intra duos menſes ſequuturos extimum conficiant. Et pro cæteris peragendis ex forma prælentium ſtatutorum eorum authoritas per Quinquenium duret & ſingulo quinquenio renouetur electio utſupra, Quo quinquenio elapſo, teneatur Dominus Prætor Vigleuani tunc exiſtens, Curare cum effectu ꝓ reformatio extimi fiat & prædicti reformatores modo præmiſſo eligantur ſub pœna ammiſſionis Salarii trium menſium, Cōmunitati Vigleuani applicanda.

¶De cridis fiendis pro notificatione bonorum.

PRædicti poſtquā electi fuerint inſtabunt apud Dominū Prætorem Ciuitatis Vigleuani, ut publica proclamata fieri faciat in locis conſuetis dictæ Ciuitatis, in modum & formam infraſcriptam uidelicet, ꝓ omnes perſonæ habitantes in Ciuitate Vigleuani uel eius Suburbiis debeant termino decem dierum medio eius iuramento

HAYNOBAEHMOTEKA OHY imeni T.T. MELNYKOVA

in ſcriptis dare præfatis Dominis Deputatis ſuper extimo conficiendo, omnia eorꝫ bona imobilia demptis tamen hedifitiis in Ciuitate exiſtentibus, quę nō cenſeantur, cū numero perticarū, & cū ſuis confinibus & coherentiis necnō dirrecta dominia & ficta libellaria quę habent tam in dicta Ciuitate quā Comitatu expreſſa quantitate redditus dicti ficti libellarii, & per quē ſeu quos præſtet, & ſuper quibus bonis, Teneant ſimiliter illi qui præſtant ficta libellaria ſuper aliquibus bonis imobilibus notificare quid & quantū præſtent, & cui & ſuper quibus bonis, ad hoc ut uera extimatio fieri poſſit, & hoc ſub pœna cuilibet contrafacienti uel nō notificanti modo & forma pręmiſſis amiſſionis bonorꝫ & iuriū nō notificatorꝫ utſupra. Quę bona & iura nō notificata ipſo iure & facto ſine aliqua declaratione fienda pueniant & peruenisſe intelligantur, in Cōmune Vigleuani, pro medietate, & pro altera medietate accuſatori. Declarando tamen ꝓ ſufficiat in deſcribendis cohærentiis bonorꝫ, duas cohærentias exprimere, & error in numero perticarū ad computum de quinqꝫ pro centanario nō ſit punibilis.

¶ Similiter ꝓ quælibet perſona, Cōmune, Collegiū uel uniuerſitas, etiā ſi nō habitauerit in Ciuitate Vigleuani, modo habeat prædia & bona, ac dirrecta dominia, in Ciuitate Vigleuani ſeu utſupra, illa notificare teneantur modo præmiſſo termino quindecim dierū. Quod ſi nō fecerint incurrant pœnā arbitrio Domini Poteſtatis imponendā, & ulterius occaſione dictorꝫ bonorꝫ & iurium nō notificatorꝫ, nō reddat eis ius aliquod per. D. Poteſtatē Vigleuani, ſub pœna ipſi Domino Poteſtati librarum Centū imperialium Cōmuni Vigleuani applicandarꝫ. Et ut omnino notificentur, teneant maſſarii bonorū, & conductores, ac emphiteotæ eorumdem, poſſeſſiones & bona dictorꝫ nō habitantiū utſupra, & dirrecta dominia in ſcriptis notificare præfatis Dominis Deputatis ſub pœna arbitrio Domini Poteſtatis imponēda, & nihilominus bona ipſa cataſtrent coganturꝫ fictabiles & conductores dictorꝫ bonorꝫ & utſupra ad dandum & ſoluendū, Omne & totū, id quod ſolui debet ratione onerū pro dictis poſſeſſionibus bonis & iuribus, ſecundū extimationem fiendā, nulla exceptione uel defenſione admiſſa, quæ dici uel allegari poſſet contra

quos tamen executio fieri nō poſſit niſi prius dies ſolutionis fiendæ euenerit, & tales ſolutiones fiendæ, intelligant ipſo iure & facto eis compenſatæ in fictis debitis Dominis dictorꝫ bonorꝫ & iurium. Si uero præſtatio in pecunia nō fiet, poſſint dicti ſoluentes, retinere tantā partem fructuū dominicaliū, pro concurrenti quantitate, quæ per eos ſoluta fuerit ratione onerū dictorꝫ bonorꝫ & iurium utſupra. Et ne ulla excuſatio allegari poſſit. Cautū eſt etiam ꝓ curatores tutores legitimi adminiſtratores minorꝫ ſeu hæreditatis iacentis, uel uacantis furioſorꝫ mentecaptorꝫ & ſimilium. Teneant in termino præmiſſo dare in ſcriptis, bona ipſorū minorꝫ & utſupra, ſecundū formā in præcedentibus ſtatutis expreſſam ſub pœna ipſis tutoribus & curatoribus & utſupra, librarū quinquaginta impelialium Cōmuni Vigleuani applicanda. Quod ſi minores prædicti mentecapti & alii utſupra tutore uel curatore caruerint, teneant ad prędicta agnati uel cognati ad quos ex forma iuris tutella & cura ſpectat, inſuper ad tollendas omnes difficultates cauet, ꝓ omnia bona exiſtentia in Ciuitate & Comitatu Vigleuani intelligant & ſint tributaria & afecta oneri tributorꝫ pro quibuſcunqꝫ oneribus imponendis tam per Cōmunitatem Vigleuani quā Comitatū debite referendo & ꝓ in qualibet alienatione, uel ultima uoluntate intelligat reſeruatū ius ipſarū Cōmunitatū.

¶ De forma extimi conficiendi.

Actis dictis cridis & finito termino notificationis fiendæ, Congregabunt ſe in domibus Cōmunis Vigleuani Prefati Domini Deputati Aſiſtente. D. Poteſtate Vigleuani iurabuntꝫ in manibus præfati Domini Poteſtatis ad ſancta Dei euangelia. Quod extimum prædictū bene & legaliter conficient ſecundum formā pręſentiū ſtatutorꝫ, amicicia inimicicia, odioꝫ remotis, & tunc intra tempus præfixum extimū prædictū conficiant, Aſcribendo cuilibet uerā extimationē bonorꝫ ſuorꝫ habita tamē, ratione ꝓ ſi ſuper aliquibus bonis imobilibus præſtentur ficta libellaria ad computū de libris duabus cū dimidia pro centanario uel ultra, ꝓ domum dirrecti ualorem, dirrecti dominii & ficti

libellarii ascribat' in eius extimo, & si quid super fuerit extimationis bo-
norũ prędictoꝝ ascribatur emphiteotę. Declarando etiã ꝙ habentes dir-
recta dominia & ficta libellaria quę per Cõmunitatẽ Vigleuani prestant'
seu in futurũ præstari contingent teneant' notificare utsupra; & præfati
Domini Deputati teneant', ea dirrecta dominia ponere in extimo haben-
tium illa detracta tamen quarta parte ultra alioꝝ extimũ illius uidelicet
portionis quæ taxaretur & extimaretur si a particularibus personis pro-
cessissent & hoc pro debitis & oneribus futuris dumtaxat.

¶ De mercimoniis extimandis.

ITem cautũ est etiã ex Illustrissimi & Reuerendissimi Senatus
Mediolani consulto prius auditis mercatoribus huius Ciuita
tis Vigleuani & agentibus pro ipsa Ciuitate ꝙ pro oneribus
occursis temporibus prefactis, Mercatores ipsi pro eoꝝ traffico nullo mo
do molestent' Pro futuro uero tempore, attentis eoꝝ mercatorũ funda-
mentis, nõ extiment' nec censeant' quo ad onera ordinaria pro traffico ip
so Q uo uero ad extraordinaria occurrentia, licet littere Ducales earũq;
obseruantia in ipsoꝝ mercatoꝝ fauorẽ militare uideant', Attamen atten-
ta qualitate temporũ etiã per modũ prouisionis statutũ est ꝙ eligantur
quattuor mercatores & quattuor alii ciues qui diligenter omnibus cir-
cunspectis uidelicet debitis & creditis ipsoꝝ mercatoꝝ prout possibile &
uerisimile erit grauando eorũ conscientias, nõ ad amussim censendo sed
agendo prout fit in bonis imobilibus extimui dicti traffici faciant super
quo extimo dicta onera extraordinaria occurrẽtia destribuant' & in casu
discordiæ eorum sed ꝙ maior pars ipsorũ electorũ nõ conueniat ꝙ Præ-
tor ipsius Ciuitatis interueniat, ita tamẽ ꝙ particulare extimũ ipsius traf-
fici singulo quoq; anno cum effectu modo quosupra reficiatur.

¶ Q uod bona uendita ascribant' emptori & detrahant' uenditori.

ET quia fere continue contingit bona imobilia dirrecta dominia
permutari uendi de uno in alium, Teneantur prefacti Domini

Deputati per tempora existentes ad petitionẽ cuiuslibet ementis uel uen
dentis, uel permutantis, siue alienantis facere poni & describi dicta bona
dirrecta dominia uendita & alienata, in extimo & in inuentario emptoris
& acquirentis, & de inuentario seu extimo uenditoris & alienantis remo
ueri, cancellari, seu detrahi, Saluo ꝙ si Cõmunitas Vigleuani acquirat ali
qua dirrecta dominia, quæ per eam præstant' detrahat' de extimo uendi-
toris, & nemini ascribant', & prędicta fiant, sine aliqua exceptione uel mo
ra, & ne aliqua bona & utsupra in incerto remaneant, Statuitur ꝙ si con-
tingat aliquã hæreditatẽ uel aliquod lucrũ alicui deferri, ex ultima uo-
luntate uel abintestato ꝙ talis acquirens teneat' termino mensis, a die adi
tæ hæreditatis uel lucri agniti prædicta omnia ipsis Dominis Deputatis
notificare sub pœna Scutoꝝ Q uinquaginta pro medietate Cõmunita-
ti, & pro medietate accusatori applicandorũ.

¶ De pœna, non soluentis taleas.

ITem cautũ est, ꝙ si quis nõ soluerit taleas, seu onera secundũ for-
mã extimi fiendi, pro eius portione, Tunc & eo casu ultra executio
nes reales & personales fiendas, tali nõ soluenti, ad eius instantiã, nõ red-
datur ius per. D. Potestatẽ Vigleuani, imo teneat'. D. Potestas ad omnẽ
requisitionẽ agentium Cõmunitatis bona nõ soluentis subhastari facere,
& ad publicum incantũ uendere plus offerenti, ita tamen ꝙ bona ipsa per
ipsum debitorem redimi possint, eodem precio intra trimestre.

¶ Q uod nullus audeat priuilegium imunitatis impetrare.

NVlla persona Cõmune Collegiũ uel uniuersitas audeat aliquod
priuilegiũ imunitatis a modo in antea impetrare, aut oblatũ etiã
motu ꝓprio acceptare, sub pœna ammissionis omniũ bonoꝝ, pro quibus
exemptionẽ acceperit, Cõmuni Vigleuani applicandorũ, nec aliqua di-
spensatio exinde fienda, ualeat, saluo tamen priuilegio, quod per imunita
tem duodecim liberoꝝ conceditur iuxta decreti superinde æditi formã.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Quod pro aliquo debito pecuniario non fiat diminutio extimi.

SI aliquis debitor fuerit alicuius personæ, nō possit propter hoc detrahi facere ab eius extimo, nisi pro quantitate debiti bona creditori in parte, uel in toto, dederit insolutum, Tunc pro ea quantitate data insolutū, detrahat̃ de extimo dantis insolutū, siue sponte siue iudicialiter & ascribat̃ extimo accipientis bona ipsa insolutū, & hoc statutū precise seruetur siue accipiens bona insolutum sit ciuis Vigleuani siue nō, uel forensis, & non subditus Potestati Vigleuani.

¶Quod nō compellantur ciues Vigleuani ad onera pro bonis eorꝝ in castris & Villis Cōmunitatis Vigleuani.

NVllū Cōmune, nec aliqui homines aliquorꝝ Cōmuniū, Burgorum, Villarū, & Castrorꝝ ac terrarū Comitatus Vigleuani, audeant nec præsumāt imponere, nec imponi facere aliquod onus uel grauamen, reale, personale, uel mixtū uel aliam quācunq; exactionē, Ciuibus Ciuitatis Vigleuani, præsentibus & futuris uel eorꝝ possessionibus terris & bonis, aut ratione ipsarū possessionū terrarum, & bonorꝝ, nec ob eam causam molestare, colonos partiarios & fictabiles ipsarū possessionū, terrarū & bonorꝝ, sub pœna cuilibet contrafacienti librarū ducentarū imperialiū Cōmuni Vigleuani applicandarū, & ulterius teneant̃ Cōmunia & homines cōtrafacientes ad refectionē dāni passi iuramento dānificati liquidandi præuia tamen iudicis taxatione, Saluo tamē, q̄ hoc præsens statutū nō compræhendat solutiones taxarū equorū ordinarias q̄a pro taxis ratione bonorū ubi sita sunt bona teneant̃ ciues ipsas taxas equorꝝ soluere, in cęteris uero grauari nō possint nisi ruri uel in burgis & castris utsupra cū tota familia uel maiori parte familiæ habitauerint toto āno Nam tunc ciues forenses nominabunt̃, & onera extraordinaria in loco habitationis sustinebūt ultra onera ordinaria semper in Ciuitate sustinenda in prēmissis tamen ciuibus forensibus nō cōprēhendant̃ ciues qui a Calendis Maii usq; ad festū Sancti Martini in dictis Villis Burgis &

utsupra habitabunt etiam cum tota familia, modo residuū anni cum tota familia uel maiori parte familiæ in Ciuitate habitent.

¶De nouis Ciuibus fiendis.

SI contingat aliquē ciuem Vigleuani fieri illico ponat̃ in extimo Vigleuani pro omnibus bonis existentibus in Comitatu Vigleuani secundū formā prēsentium statutorꝝ, habita tamen ratione oneris taxæ equorꝝ, quod per talem ciuē nouellū soluendum erit & deleat̃ de omnibus aliis extimis ubi in Comitatu Vigleuani extimatus est, saluo q̄ respectu solutionis taxarū equorꝝ & habitationis seruent̃ disposita in præcedenti statuto, Is tamen ciuis fiendus utsupra, nō teneat̃ ad aliquā solutionem onerū præteritorꝝ seu debitorꝝ cōtractorꝝ quacūq; ex causa per Cōmunitatē Vigleuani, nec ad solutionē fictorꝝ perpetuorꝝ ad quæ soluenda singulo āno Cōmunitas Vigleuani teneat̃, sed solūmodo ad onera & debita contrahenda & ficta libellaria de nouo fienda a die suæ ciuilitatis in antea si Quæ contrahi & fieri contingent.

¶De solutionibus fiendis, pro debitis præteritis & futuris.

ET quia ob malam conditionē præteritorꝝ temporꝝ, & singulo āno reuiuiscentia bella, infinitas calamitates passa est Ciuitas Vigleuani, necesseq; fuit ingens ęs alienū contrahere, cum uariis personis, quibus adhuc Ciuitas est obnoxia, Ea propter, cū ad beneficium Cōmune contracta fuerint, omnesq; utilitatem perceperint, Ideo cautū est q̄ omnes Ciues Vigleuani Teneant̃ ad solutionem dictorꝝ onerū necnō fictorꝝ libellariorꝝ per Cōmunitatē singulo anno debitorꝝ, Diuidendo dicta onera tam sup extimo bonorꝝ fiendo utsupra quā etiā super capitibus masculis intelligendo q̄ pro qualibet familia simul stante ubi adsint masculi quotquot sint numero ponat̃ una testa quæ extimet̃ in solidis duobus cū dimidio extimi intelligendo etiā q̄ unus solidus extimi faciat sūmā ualoris florenorꝝ centum, Idem seruet̃ pro oneribus futuris & debitis cōtrahendis, hocq; statutū, pręcise seruet̃.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ De solutione onerũ imponendoꝝ Ciuitati & Comitatu Vigleuani.

SI contingat onera imponi Ciuitati & Comitatui Vigleuani simul ne dubiũ oriatur super eorũ onerũ solutione. Cautũ est q̃ dicta onera diuidi debeant super extimis Ciuitatis & Comitatus ad ratã pro rata. Dictaq̃ destributio fiat per Dominos Consules & Præsidentes Ciuitatis Vigleuani uocatis uocandis, & ad hoc specialiter deputati esse intelligant.

¶ De oneribus inter rurales diuidendis.

ONera quæcunq̃ extraordinaria, Ruri imponenda inter ipsos ruri & uillis habitantes, hoc modo diuidant, ut duæ partes super bonis secundũ quantitatem extimi, Tertia uero pars super capitibus masculis, maioribus annis duodecim, & minoribus septuaginta. Et intelligat, unũ caput, quantũ ad sustinendũ dicta onera, etiã si in una domo sint plura capita seu plures personæ, nõ excedentes numerũ duoꝝ masculoꝝ ut supra si uero excedant numerum duorũ masculoꝝ ut supra quotquot numero excedant, pro duobus tantũ capitibus computentur modo ad unũ panem & uinũ habitent, & extimũ cõmune habeant.

¶ De eodem.

ITem cautũ est, q̃ omnes illi, qui reperient in Calendis Ianuarii habitare in aliqua uilla, uel burgo Comitatus Vigleuani, Teneatur ibi omnia onera sustinere, quæ capitibus imponunt pro illo anno, etiã si contingat eum recedere a dicta uilla ut supra, & alibi habitare, pro bonis soluant semp onera in loco ubi sita & extimata sunt, etiã si alibi habitent ut supra.

¶ Quod omnes de presenti habitãtes Vigleuani, sint Ciues.

OMnes in Ciuitate Vigleuani de pręsenti habitantes, siue sint oriũdi Ciuitatis Vigleuani siue non, ipso iure & facto, & sine aliqua declaratione fienda, nec priuilegio impetrando, intelligantur & sint Ciues Vigleuani in omnibus & per omnia, & quo ad omnia, prout sunt cęteri oriundi Ciuitatis prædictæ.

¶ Rubrica de obseruatione pręsentiũ statutoꝝ etiã annullatione ueteꝝ.

PRæsentia statuta a die eoꝝ publicationis obseruent in Ciuitate & Comitatu Vigleuani, oĩbus aliis statutis ueteribus ãnullatis & circũscriptis, & etiã circũscriptis q̃buscũq̃ decretis ducalibus editis in quantum his statutis essent contraria, uel repugnantia, uel aliã formã darent, saluo q̃ in causis in iudicio nunc pendentibus in ordinatiuis & decisiuis, seruetur ueterum statutoꝝ dispositio & idem sit pro debitis præteritis quoꝝ dies solutionis fiendæ euenerit, ante præsentiũ statutorũ publicationẽ &, Quo ad dationẽ bonoꝝ insolutũ fiendam tantũ in reliquis uero ãnullata sint ut supra, nec pro statuto uel lege municipali allegari possint.

¶ De eodem.

QVlla persona, cuiuscunq̃ gradus & conditionis existat audeat, nec præsumat dicere nec allegare, nõ esse standum præsentibus statutis, uel aliquid per statutum disponi nõ potuisse, sub pœna ammissionis causæ, in qua allegauerit & librarũ ducentum imperialium Cõmuni Vigleuani applicandarũ, Quod statutum executioni mittatur per Dominum Potestatem Vigleuani, sub pœna ipsi Potestati librarum quinquaginta Cõmuni applicandarum & super Salario suo per Tesaurarium Cõmunis Vigleuani retinendarum.

LAVS DEO.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOBA

¶Statuta Criminalia, Ciuitatis & Comitatus Vigleuani.

¶Rubrica de obseruatione præsentium statutorum, & annullatione antiquorum statutorũ criminalium.

NIL magis utilitati publicæ, conuenire maiores duxerunt, quã prouidere ne delicta impunita essent, & nõ contenti infinitis æditis, & legibus, quas populus Romanus uniuersis populis Imperio Romano tunc subditis edidit, nulla fuit, per uniuersam Italiam Ciuitas, Quæ nõ uoluerit, certas & proprias, & particulares leges, condere, modo arctiores, modo liberiores, put & temporum conditio, & hominũ malicia postulabant, Ea ꝓpter, Cum Vigleuanũ ex oppido in Ciuitatem errectum fuerit, beneficio Illustrissimi & Magnanimi Ducis Francisci Sfortie Secundi, Noluerunt Ciues ipsi Vigleuanenses, a maiorũ instituto degenerare, nec sat fuit, leges ciuiles statutarias condere, ni & criminales adderent, Quibus & uniuersa Ciuitas, Totusq; Comitatus Vigleuani teneret, Scirentq; &. D. Prætor Vigleuani, & cæteri iusdicentes, sui Comitatus, quibus pœnis homines maleficos cohercere possent, & punire, & quomodo ꝓcedere deberent in futurũ, statutis antiquis antiquatis, exceptis delictis, tunc retro cõmissis, in quibus in decisiuis ueterũ statutorũ criminalium dispositio seruetur, & causis nunc pendentibus, in quibus statuta ordinatiua antiqua seruent.

¶Rubrica generalis, de modo procedendi, in causis criminalibus.

DOminus Potestas Vigleuani, iusdicentesq; Ciuitatis & Comitatus eiusdem, ex officio, procedere nõ possint, nisi in casibus limitatis ex forma præsentium statutorũ, in omnibus autẽ, aliis casibus maleficiis, delictis, & excessibus, ꝓcedere nõ possint, nisi ad querelam, uel denũtiationẽ, ita tamen ꝙ accusator, uel querelans, aut denuntians in scriptis, Accusam seu denuntiã porrigat, quę in actis Prætoris uel iusdicentis redigat, & in quinterno seu libro per notariũ causarũ

tenendo

tenendo, in qua accusa, seu denuntia, hæc contineant, nomen, & cognomen accusantis, seu denũtiantis, habitatio eiusdem, & si in Ciuitate fuerit, exprimat in quibus, porta & parochia Ciuitatis habitet, nomẽ & cognomen accusati, seu denũtiati, habitatio eiusdem, crimen certũ ãnus, & mensis cõmissi criminis, & locis, in quo crimen cõmissum dicit, cum suis confinibus, saltem duobus, Iuretq; querelã seu denuntiã porrigens, omnia in querela cõtenta, uera esse, ꝓmittatq; de restituendis impensis dãnis & interesse, casu quo querelã seu denuntiã nõ uerificauerit, hoc tamen de iuramento & ꝓuisione nõ habeat locũ in illis personis, quæ ex officio denuntiare possunt, Quod si querelæ & denuntiæ modo præmisso legitime ordinatæ nõ fuerint, Accusatus seu denuntiatus inter reos nõ recipiatur nec contra eum ꝓcedatur, liceat tamen ex integro seruatis præmissis denuntiare & querelare, ne delicta impunita remaneant. Hoc tamen addito ꝙ si querela uel denuntia porrigatur de falso ꝙ nec locus cõmissi criminis nec mensis ponatur similiter si ignoretur per denuntiantem uel querelantẽ, nomen, uel cognomen, & habitatio alicuius forensis, delicta committentis.

¶De eodem.

SVa querela, seu denũtia porrecta, modo præmisso teneant, iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, si inditia sufficientia habeant, inquisitionem seu titulum inquisitionis formare, contra inculpatum, cum termino triduí ad deliberandum & respondendum dictæ inquisitioni, Quæ inquisitio intimetur personaliter reo, uel ad domũ habitationis & si fuerit absens uel forensis & nõ subditus, qui tamen ratione delicti cõueniri possit, sufficiat intimatio tam dictæ inquisitionis, quã omnis processus exinde fiendi usq; ad sententiam diffinitiuam inclusiue, si singulorũ actuũ dimittatur copia per seruitorem communis Vigleuani, una ad scalas Pallatii, altera ad ualuas Ecclesiæ Maioris, & prædicta pro legitima citatione sufficiant, in qua tamen inquisitione seu inquisitionis titulo, Teneantur Prætor & iusdicentes Ciuitatis &

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Comitatus Vigleuani, ponere nomen & cognomen inculpati, nomen & cognomen offensi, delictũ certum, annũ & mensem cõmissi delicti, locũq; ubi dicitur cõmissum, cũ duabus cohęrentiis ad minus, in casibus in quibus ex forma pręcedentis statuti prædicta in querela seu denuntia exprimi debent, Cui titulo inquisitionis incæpto, & parti transmisso nil addi uel mutari, aut diminui possit, saluo si de uulnere formata esset inquisitio, & exinde mors sequeret, Caueant tamen & Prætor & iusdicentes & diligenter animaduertent in formandis inquisitionibus circa animũ deliberatũ, quia si tenere formatæ reperiant, teneant ad omnes impensas dãna & interesse dãnũ passi, eiusmet sacramento liquidandas, & ulterius puniant arbitrio Illustrissimi & Excellentissimi Ducis nostri uel eius Reuerendissimi Senatus.

¶De eodem.

IN fine termini dictorũ trium dierũ dari reo ad respondendum dictæ inquisitioni, Teneat reus inquisitus, si agat de delicto, ex quo pœna sanguinis ex forma præsentiũ statutorũ uenit imponenda, personaliter cõparere corã iudice, & dictæ inquisitioni respondere & ius in carceribus dicere, nõ obstante aliqua exceptione uel excusatione cuiuscũq; sit generis, sed omnibus suis exceptionibus saluis & reseruatis respondere inquisitioni teneat, etiã q; allegaret offensum bãnitũ esse, de homicidio uel maleficio, Si uero agat de delicto ex quo pœna pecuniaria ueniat imponenda possit reis ꝓsonaliter & per ꝓcuratorẽ comparere, & si personaliter cõparuerit detineri nõ possit, nec iusdicere in carceribus habeat. Si tamen ipse uel eius ꝓcurator idoneã fideiussionẽ dederit de iudicato soluendo, omne & totũ id in quo cõdẽnatus fuerit occasione cõtentorũ in dicta inquisitione, & a die transmissæ inquisitionis in prædictis oibus casibus lis habeat cõtestata sup contentis in ipsa inqsitione.

¶De eodem.

VOd si reus inquisitus utsupra, modis pręmissis debite referendo in termino pręmisso cõparere noluerit & fuerit cõtumax, ponat

in bãno, & habeat pro cõuicto & cõfesso de & pro cõtentis in ipsa inquisitione, saluo tamẽ nisi talis inquisitus infra alios octo dies a die dati banni incohandos, cõparuerit modis præmissis utsupra, & dictæ inquisitioni respõdiderit, & suas defensiones fecerit, in termino post dictos dies octo statuendo ut infra bãnũ ipsum sit nullum & pro infecto habeatur. Aliter ipso reo nõ comparente utsupra, in dictis octo diebus habeat pro confesso & cõuicto, & ita per sententiã comdẽnetur in pœnis cõtentis ex forma præsentium statutorũ.

¶De eodem.

SI autem reus cõparuerit, & narrata in inquisitione in toto, uel in parte, confessus fuerit, ita q; possit comdẽnari, detur reo confesso terminus defensionis ad arbitriũ statuentis, & repetitis testibus assumptis super querela, uel denuntia, detur copia inditiorũ & suæ confessionis, & tempus faciendæ defensionis nõ currat nisi data dicta copia. Si autẽ reus respondiderit inquisitioni negando ita q; propter ea nõ possit comdẽnari, repetant testes utsupra, & decreta copia indiciorũ statuatur terminus arbitrio iudicis reo, ad faciendum defensiones, quas si nõ purgaueri, ita q; uideat questionibus supponendus, & tormentandus in casibus in quibus quis ex forma præsentiũ statutorũ torqueri & questionibus supponi potest, Tunc iudex possit ad tormenta & questiones ꝓcedere, & reo de tormentis deposito eius dictũ in actis scribat, Teneaturq; iusdicens datis debitis dilationibus tã actori quã reo publicare ꝓcessum, allegationes in iure & in facto si requisitus fuerit admittere, & ad minus intra sexaginta dies reũ cõdẽnare, uel absoluere, sub pœna ãmissionis salarii triũ mensiũ Cõmuni Vigleuani applicanda, Et si reus ueniat absoluendus, teneat iusdicens sub pœna præmissa querelantẽ uel denuntiantem comdẽnare in omnibus impensis dãnis & interesse in dicta causa factis ꝑ dictũ reũ, de quibus impensis dãnis & interesse stet sacramento absoluti, pręuia tamen iudicis taxatione, nisi querelãs uel denũtians habuerit iustã querelãdi causam uel denũtiandi. Hoc tamen de cõdẽnatione expensarũ nõ habeat locũ in Ancianis, Consulibus, & aliis qui denuntiare tenent.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica de delictis in quibus ex officio Prætor & iusdicentes procedere possint.

DOminus Prętor & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani possint & debeant inquirere & cognoscere ac pcedere & comdēnare, ex officio etiā sine accusatore uel denuntiatore aliquo in omnibus publicis delictis tantū & ubi in flagranti crimine malefactores reperti sint, & in crimine læsæ, Maiestatis in quocunq; capite, Itē hæreticos, Sodomitas homicidas, incendiarios, ueneficos, maleficos falsificatores monetæ assassinos, plagiarios, robatores stratarū fures famosos, raptores uirginū uel mulierū honestarū, & seu uiolatores earūdem falsarios, tenentes priuatos carceres iniuriantes dicto uel facto iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani dānū dantes per incisionē uinearū & deuastatores domoq; alienarū, & receptatores furtorū & robariarū & bānitorū, in prædictis tamen casibus excepto crimine læsæ Maiestatis per inquisitionē ex officio formandam pcedatur, & nō per præcepta pœnalia, sub pœna nullitatis & salarii trium mensium.

¶Quomodo possit procedi contra nominatos, uel inculpatos, per malefactores.

POtestas Vigleuani & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus eiusdē possint procedere contra nominatū, uel calūniatū, per illum qui fuerit comdēnatus, esse, uel fuisse Sociū uel participē illius maleficii uel receptatorem scienter rerum robataq;, uel furatarū, pro quibus ipse puniatur. Et hoc si nominans perseuerauerit in dicto uel calūnia, usq; ad horam ultimi suplicii, & nominatus uidebitur ipsi Domiuo Potestati suspectus. Et notarius maleficioq; teneat sub pœna librarū uigintiquinque ipsum comdēnatum interrogare, ad locū ultimi suplicii, si perseuerat & perseuerare uult in noiatione seu calūniatione, & responsionē eiusdem siue negatiua, siue affirmatiua, & prout fuerit in actis redigere & ponere in fine processus ipsius comdēnati in libro officii maleficiorū.

¶Rubrica de probationibus, & testibus.

¶Quod Dies termini non computetur in termino.

IN qualibet dilatione, seu termino, legis, uel hominis, Dies termini uel dilationis nō computetur in termino, uel dilatione & si contingat terminū prorogari, terminus prorogatus nō curat nisi a die finiti primi termini, q; si ultima dies termini uel dilationis inciderit in diem feriatā, sequens dies nō feriata reputet pro illa.

¶De capitulis admittendis.

CApitula in causa criminali producta, siue ad offensam, siue ad defensam, sint ipso iure admissa, saluo iure impertinentium & nō admittendoq; disputandoq; in fine litis & saluis quibuscunq; exceptionibus cuiuscunq; generis, etiā q; diceretur uel dici posset esse notorie impertinentia, & hoc ne pcessus diferat.

¶De testibus interrogandis.

TEneantur Dominus Potestas & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, personaliter interesse examini testium, modo in ciuitate fiat, in causis criminalibus recipiendorū, siue ad offensam siue ad defensam, & diligenter interogare de ueritate negocii loco, & tempore, & de aliis circumstantiis negocii, de quo agitur, sub pœna librarū centum imperialium Cōmuni Vigleuani applicandarū.

¶Rubrica generalis de tormentis & Questionibus.

¶In quibus casibus tortura fieri possit.

NVllus reus Subiciat tormentis, seu sequestionibus nisi legitima indicia præcedant, & in casibus infrascriptis uidelicet in crimine

HAYHOBY ЕВРЕЙСКА ОБЩИНА ГР. МЕЧНИКОВА

hæresis, sodomiæ tubationis status Illustrissimi Ducis Mediolani homicidii assassinamenti, adulterii, stupri, raptus, ueneficii, priuati carceris, falsitatis, robariæ, furti, incendii & generaliter in quocũq; crimine ex quo pœna sanguinis ueniat imponenda, ex forma pręsentiũ statutorũ, & nõ aliter.

¶Quod in causis criminalibus, consilium sapientis peti nõ possit.

IN causis criminalibus uel mixtis consiliũ sapientis peti nõ possit nec dare teneant. D. Prætor & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani.

¶A quibus sententiis criminalibus nõ possit appellari.

AB aliqua sententia, seu sententiis lata seu latis in causa, seu causis criminalibus, criminaliter motis, & criminaliter decisis, non possit appellari querelari, supplicari, nec de nullitate dici.

¶Rubrica ꝓ Anciani teneantur denuntiare delicta.

ANciani extimi Ciuitatis Vigleuani & Consules suburbiorũ & terrarũ Comitatus prędicti teneant denũtiare Domino Potestati Vigleuani, uel eius notario maleficiorũ, omnia delicta secundũ formã decretorũ Ducaliũ superinde æditorũ quæ inconcusse obseruentur.

¶Rubrica generalis de pœnis.

¶Quod nullus faciat homicidium.

QVia extinguere hominem ad imaginem Dei creatum, peccatum mortale est, secundum Mosaycam legem, ne occides & ut pœna unus metus sit multorum, præsenti statuto cautum & ordinatum est, ne homicidium cõmittatur. Quod si quis uel si qua de Ciuitate uel Comitatu Vigleuani, uel alibi interfecerit uel occiderit

alium uel aliam in Ciuitate Vigleuani uel eius Comitatu, & captus uel capta fuerit. D. Prætor, teneatur & debeat, illi tali homicidæ uel interfectori uel occisori amputari facere caput a spatulis, nisi talis mortuus uel occisus esset bãnitus Cõmunis Vigleuani in ammissione personæ, uel Dominii Mediolani, uel Ciuitatis, uel terrarũ suppositarũ eius dominio uel nisi de nocte in domo, uel curte sua, eum inuenerit ad uxorẽ, uel sororem, uel filiã, uel matrem, turpiter, uel malo ordine cum eis, uel aliqua earum stantem uel cõuersantem uel alias de iure uel ex forma statutorũ licuerit illis interficere. Et si capi nõ poterit dictus occisor ponat in perpetuo bãno, & exilio Ciuitatis & Comitatus Vigleuani, & comdemnet, ꝓ si unquã peruenerit in fortiam Cõmunis amputetur ei caput, & nihilominus omnia bona talis occisoris fugam facientis publicentur & confiscentur, saluo iure creditorũ, contra bona quæ fuerint homicidæ, & saluo iure descendentium homicidæ ita ꝓ quilibet descendens habeat suã legitimã portionem debitã iure naturæ. Et quæ omnia teneat Dominus prętor exequi uinculo iuramenti, & sub pœna librarũ Centũ imperialiũ de suo salario retinendarũ, & intelligatur homicida qui hominẽ iam natum propriis manibus occiderit.

¶De pœna uulnerantis & facientis rixam, & de uerbis iniuriosis.

SI quis uel si qua uulnerauerit alium uel aliam cum Lancea, Spata, Curtello, Falzone, uel alio genere armorũ tam prohibitorũ quã nõ prohibitorũ, & sanguis exiuerit & cicatrix remanserit in uultu, uel in manu, comdẽnetur in pœna librarũ Centum imperialium Cõmuni Vigleuani applicandarum. Si uero cicatrix non remanserit utsupra, comdẽnetur in medietatis dictæ pœnæ applicandæ utsupra. Si uero quis uulnerauerit aliquẽ in alia parte corporis quã superius expressa, & sanguis exierit siue remanserit cicatrix, siue nõ, librarum triginta Imperialiũ pœna puniatur applicanda utsupra. Si quis autem percusserit cum lapide uel baculo & sanguis exierit, si in uultu puniatur utsupra, si in alia parte corporis pœna librarum uiginti quinq; imperialium

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

puniatur, Si uero aliquis aliū in uultu percusserit, sine sanguinis effusio-
ne puniat in libris quindecim imperialiū, & si in alia parte corporis in li-
bris decē imperialiū applicandis ut supra, Debilitantes autē membra seu
membrū alicuius in aliquo ex suprascriptis modis comdēnetur in libris
Ducentū imperialiū Cōmuni Vigleuani applicandis. Si autem quis de-
derit alicui alapam uel pugnū in uultu puniatur pœna librarū quinde-
cim imperialiū, & si in alia parte corporis in libris Quinque imperialiū
applicandis ut supra. Et si quis aliquē decapilauerit, uel cadere in terrā fe
cerit uel calcē dederit, pœna librarū quinque imperialium puniatur.

¶De eodem.

ITem si quis insultū uel agressurā fecerit alicui ad domū in-
sultati uel in platea, seu uia publica cū armis, etiā, si nō uul-
nerauerit uel nō percusserit puniatur in libris uiginti imperia
lium Cōmuni Vigleuani applicandis. Si uero fecerit assaltū
uel agressurā, alibi puniatur in dimidia dictæ pœne ut supra, Si uero sine
armis ad domū uel in uia publica, puniatur pœna librarum decem impe-
rialium, & in aliis locis pœna librarum quinque imperialium.

¶De eodem.

DIcentes uerba iniuriosa alicui, ex quibus si forent uera seque-
retur pœna sanguinis, si substinere non potuerint talia uerba
puniant in libris uigintiquinque imperialiū Cōmuni Vigle-
uani applicandis Et si prædicta dicta fuerint in Pallatio Com-
munis Vigleuani uel in præsentia iudicis comdēnetur in duplū, si uero
quis dixerit uerba iniuriosa, ubi nō sequeret pœna sanguinis si uera es-
sent, comdēnetur arbitrio Domini Potestatis usq; ad libras decem impe-
rialium inclusiue, Saluo si talia uerba iniuriosa fuissent plata contra no-
bilem personā, uel contra mercatorē, aut aduocatū uel causidicū, uel no-
tariū de Collegio Vigleuani, eo casu talis iniuriatus possit agere actione

iniuriariū, tam ciuiliter quā criminaliter secundum formā iuris cōmunis
& q̄ dictum est in præsenti statuto de masculino, genere eadem pœna sit
in fœmININO, quæ pœne applicentur Cōmuni Vigleuani ut supra.

¶Rubrica generalis de Adulteriis stupro, & uiolentiis.

NON mechaberis est præceptū legis diuinæ, & obseruandum,
Ideo statutum est, ne quis audeat nec præsumat, cognoscere per
uim aliquā mulierem uxorē alterius uel uirginē, uel uiduā quę
sint honestę conditionis uocis & famæ, sub pœna amputationis capitis &
bonoq; confiscationis. Mulieres autē maritatæ adulterium cōmittentes,
perdant dotem, quæ ipso iure & facto deueniant in maritū, & sequuta sen
tentia habeant perpetuo infames & inhabiles ad quācunq; successionē
tam abintestato quā ex testamento, siue ex quacunq; alia ultima uolun-
tate eis deferendam, & ulterius relegentur perpetuo tempore eius uitę in
aliquo monasterio monialiū, saluo nisi maritus remisserit iniuriā & eam
accipere uoluerit, Si uero, Quis mulierem inhonestæ uitæ, & quæ solita
sit quęstū facere per uim uiolauerit, puniat arbitrio. D. Potestatis dum-
modo nō excedat sūmā librarū Centū imperialiū, quę applicent Cōmu-
ni Vigleuani. Et intelligatur quo ad præsens statutū & contenta in eo q̄
mulier sit honestæ conditionis uocis & famæ, si tempore cōmissi delicti
habitet ad unū panem & uinū cū marito, socero, patræ, fratre, uel ascen-
dente masculo, uel fœmina, patruo, auunculo, amita, matertera, uel soro-
re nupta cū marito habitante, & istis casibus p̄batio in contrariū admitti
nō possit. Eo etiā addito q̄ suprascriptæ mulieres delinquentes, nō pos-
sint accusari nisi a parentibus, fratribus & filiis, maritis, & socero, & ad
aliorum instantiam, nec etiam ex officio contra eas procedi possit.

¶De cognoscente monialem.

QUi quis mulierem Deo dicatam tam professa quā non per uim
uel uolentem cognouerit, capite puniatur, & bona confiscen-
tur, & quilibet sit legitimus accusator. ¶De Sodomitis.

¶Sodomite igne Conburantur Ita q̄ moriantur.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOBA

¶Rubrica de furtis & robaria.

ON furtū facies, Dixit Dominus, Ideo cautū est ꝙ si quis uel qua furatus fuerit aliquid Quod nō excedat soldos centū. Teneatur soluere Cōmuni Vigleuani quadruplū & ulterius teneatur ad restitutionem rei furatæ dānum passo in duplū, & si modū soluendi nō habuerit fustigetur per totam Ciuitatem modo furtū excedat soldos.xx. ubi uero furtū excesserit soldos centū pro prima uice fustigetur, saluo si habuerit pacē, pro secūda uice iterū fustigetur bulletur in fronte & bāniatur per annū, pro tertia uero uice suspendatur, ubi uero faciens furtū a soldis centū infra pluries furatus fuerit, pro prima uice puniatur ut supra dictum est in primo capite, pro secunda fustigetur & bulletur, pro tertia eadem, pœna & ulterius bāniatur per annū, pro quarta suspendatur ut supra Famosi autē fures furcis suspendantur, ita ꝙ moriantur, & prędictæ pœnæ pecuniariæ, de quibus in præsenti statuto Cōmuni Vigleuani applicentur.

¶De pœna cōmittentis robariam.

Ommittens robariā pecuniæ, uel rei ualentis a soldis quinquaginta imperialium supra, una uice uel pluribus coaceruatis, extra Ciuitatem Vigleuani, uel burgos uillas, cassinas & domos habitatas & habitata furcis suspendatur. Si uero minor sūma fuerit soldorū quinquaginta imperialiū in casibus præmissis puniatur in ære, uel in persona consyderata qualitate personarū, & facti, arbitrio. D. Prætoris.

¶De eodem.

Ommittens robariam in Ciuitate Vigleuani, burgo cassina, uel uilla uel domo habitata, pecuniæ uel rei excedentis sūmam librarum uigintiquinque imperialium, furcis suspendatur, ita ꝙ moriatur a dicta uero sūma infra pro prima uice puniatur in ære tantum, arbitrio Domini Potestatis, & ubi modum soluendi comdemnationem nō haberet

fustigetur, Pro secunda uero uice in ære uel in persona arbitrio Domini Potestatis puniatur Pro tertia uero uice suspendatur.

De receptatoribus & emptoris furtorum & robariarum.

Via receptatores materiā prestant delinquentibus, ut delinquant, Ideo Statuimus & ordinamus ꝙ eadem pœna sit in receptatoribus scienter furtorū & robariarū, & puniantur sicuti qui robauerint uel furtū fecerint & idem sit in eo qui emerit scienter res furatas uel robatas.

¶Rubrica de falsis testibus, & aliis falsitatibus.

ON occides, nō furtum facias, nō mechaberis neq; falsum testimonium aduersus proximū tuū dices, quia testes falaces odio sunt Domino Statuimus & ordinamus ꝙ si quis dixerit falsum testimoniū, si quidē in causa ciuili abscindatur ei lingua, & resarciat dānū passo, si uero in criminalibus causis, Aliqs dixerit falsum testimoniū cōtra aliquē delinquentē uel in eius fauorē, si quidē talis delinquens cōtra quē uel pro quo falsum testimoniū dixit, puniēdus esset, in pecunia si legitime cōuictus esset, tūc perhibens falsum testimoniū, cōdēnetur & resarciat dānū ut supra, in criminalibus uero in qbus imponitur pœna sanguinis, tūc falsū testificās, puniatur eadē pœna corporali, qua puniretur ille delinquens, cōtra quē uel pro quo testimoniū dixit, si legitime cōuictus esset, si pœna sit maior abscisione linguæ, alias abscindatur ei lingua, & ꝓducentes falsos testes puniantur in sūmis pecuniariis, & pœnis corporalibus prout falsi testes producti puniuntur, Tabelliones autē siue notarii qui fecerint falsas scripturas siue in actis curiæ, uel circa aliquod officiū sibi cōmissum, siue fabricando falsum instrumentū, siue testamentū siue codicillum, uel aliam scripturā publicam, uel rationes cōmunes, & legitime cōuicti fuerint pro prima uice, & ubi ualor rei in qua cōmissum sit falsum, nō excedat libras centū amputetur eis manus dextra, ubi uero secūda uice falsum cōmiserit

uel falſitas prima uice cõmiſſa, dictam sũmam excedat igni comburantur & ultra reſarciant dãnum paſſo. Et eadem pœna puniant̃ facientes fieri ſcripturas falſas utſupra Vtentes autem falſis inſtrumentis, ſi ante litem conteſtatã, eis oppoſitũ fuerit & nõ deſiſterint puniant̃ arbitrio Prætoris in ære uel perſona, citra mortẽ uel membri mutilationẽ, & quæ dicta ſunt in maſculo intelligant̃ in fœmininogenere, nec in prędictis caſibus admittat̃ diferentia, utrũ qs falſo uel falſum dixerit, uel fecerit uel fieri fecerit.

¶Rubrica de falſa moneta, & tonſoribus eiuſdem.

VIa uſus monetæ publicus eſt & neceſſarius & utilis humano generi &c, Ideo preſenti ſtatuto, Decretũ eſt, ꝓ nullus audeat uel prę ſumat fabricare ſiue facere falſam monetã, & Q ui contrafecerit igne comburat̃: & ſi quis ſtampos falſos in domo uel aliter penes ſe habere repertus fuerit, nõ ex hoc habeat̃ pro cõuicto pro fabricatore monetæ falſæ, ſed tamen hoc habeatur urgens indiciũ contra eũ & pro ſemiplena ꝓbatione: & ex eo ſolo poſſit contra eũ procedi uſq; ad torturã incluſiue, Si quis autẽ tonſauerit monetã in ipſa Ciuitate Vigleuani uel eius diſtrictu & Comitatu, aureã uel argenteã pro prima uice comdẽnetur in libris centum imperialiũ, Pro ſecunda uero uice igne comburatur, & intelligat̃ pluſquã ſemel ſi dictã tonſurã diuerſis diebus exercuerit, in quibus caſibus Q uilibet ſit legitimus accuſator: & habeat accuſator de bonis Cõmunis libras quinquaginta imperialiũ, ſi talis accuſatus perdiderit perſonã, & ſi cõdẽnatus fuerit in pecunia habeat quartam partem comdẽnationis. Si quis uero expendiderit monetã tonſam a ſoldis uiginti infra, nõ teneatur ad ſupraſcriptam pœnã, ſed tantũ monetam ãmittat, quæ perueniat in Cõmune niſi ſcienter expendiderit, Q uo caſu puniat̃ plus in ære arbitrio Domini Poteſtatis, conſyderata qualitate facti & perſonarũ, modo nõ excedat quadruplũ monetæ expenditæ, Si uero expendiderit a ſoldis uiginti ſupra, tunc perdat monetã, & puniat̃ in quadruplũ niſi ſcienter fecerit, Q uo caſu poſſit augeri pœna pecuniaria, arbitrio Domini Poteſtatis utſupra, & ſi repertus fuerit reitera-

re delictum, pro ſecunda uice duplicetur pœna, & pro tertia uice idem ſer uet̃, & ſi ultra tres uices perſeuerauerit in expendendo ſciẽter falſam monetã, ultra ſupraſcriptã pœnã fuſtiget̃, & ſi ulterius perſeuerauerit igni comburatur.

¶De pœna uendentis rem ĩmobilem duobus.

VI duobus inſolidum rem ĩmobilem uel dirrectũ dominiũ diuerſis contractibus alienauerit, comdẽnet̃ Cõmuni Vigleuani in quadruplũ rei uenditæ, & ulterius teneat̃ dãnũ paſſo in duplum.

¶De pœna ignem mittentis.

SI quis uel qua ĩmiſſerit doloſe in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani. In alicuius domũ, caſſinã uel molendinũ habitatã uel habitatũ ſiue ex dicto igne, mors fuerit ſequita alicuius perſonæ paruæ uel magnæ, ſiue nõ, talis ĩmittens ſi capi poterit igne moriat̃ ſi uero nõ poterit capi, ponat̃ in perpetuo bãno ignis, & eius bona confiſcentur, & medietas ipſorũ detur dãnũ paſſo uel eius hæredibus ſi uero locus nõ fuerit habitatus, teneat̃ damnũ paſſo in duplũ, & Cõmuni Vigleuani in libris centum, Q uas ſi ſoluere nõ poterit fuſtiget̃ tribus diebus cõtinuis per Ciuitatẽ, Si quis autẽ cũ tumultu uel turba iuerit ꝓ oſitũ ignẽ in domũ alicuius, ſiue habitatã ſiue nõ puniat̃ capite ita ꝓ moriat̃.

¶Q uod nullus rumorẽ tumultum cõuenticulam, ſiue turbam faciat in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani.

VIA ex nimia ſintilla conſueuit, plerũq; magnus inſurgere ignis. Ideo præſenti ſtatuto prohibitũ eſt, Q uod nullus in Ciuitate uel Comitatu Vigleuani de die, uel de nocte, Audeat uel præſumat facere aliquã cõuenticulam, contionem, uel tumultũ, ſiue turbam pro turbando honorem Illuſtriſſimi Domini Ducis noſtri, uel ſubuertendo ſtatum prælibati Illuſtriſſimi Ducis, & qui contrafecerit capite puniatur, & bona eius Ducali cameræ applicentur.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de paracida & ueneficis.

ATrocia & horrenda delicta, Atroces & horrendas pœnas exigunt, itaq; cautũ est q; patricida uel matricida eculeo insuaant cũ gallo & uipera & in flumine Ticini mittant, diligenti habita custodia, ut prædicto modo in eo flumine moriant ut condigna pœna delictũ sequat; & ulterius bona confiscent, sub pœna cuilibet iusdicenti Qui prædicta nõ fecerit arbitrio Illustrissimi & Excellentissimi Ducis nostri Mediolani uel eius Reuerendissimi Senatus imponenda, eo tamen addito q; ad impensam in præmissis fiendam, teneatur Cõmune Vigleuani, ubi ex bonis cõdẽnati exigi nõ possit.

¶De eodem.

VEneficí capite puniantur, & bona eorum confiscentur.

¶Quod nullus contra omnipotentem Deum blasfemet.

INgratus est homo, qui creatorem suũ nõ cognoscit imo impius & pœna specialis cohercẽdus, Ideo cautũ est, q; nõ sit aliqua persona quæ audeat uel præsumat iniuriã blasfemiam uel contumeliã dicere, uel proferre, contra Omnipotentẽ Deum nec nõ Virginem Mariã Iesu Christi genitricem ac cæteros sanctos utriusq; sexus, & si quis contrafecerit puniat iuxta formã decreti conditi de Anno. 1530.

¶Quod nullus debeat transire menia Ciuitatis Vigleuani.

QVlla persona audeat nec præsumat de die, nec de nocte Transire menia Ciuitatis Vigleuani pro eũdo intus uel foris, sub pœna contrafacientibus si fuerit de nocte, librarũ centum imperialium soluendarũ Cõmuni Vigleuani infra mensem a die comdẽnationis fiendæ & si fuerit de die librarũ quinquaginta imperialiũ soluendarũ ut supra & quilibet de consilio, seu paterfamilias cũ eius iuramento. & uno teste fide digno accusare possit & eisdem credatur.

¶Rubrica generalis de bãnitis & receptatoribus bãnitorũ.

MAnnitus per Dominũ Potestatẽ uel iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani uel aliquem eorũ de maleficio, ppter quod pœna mortis ueniat imponenda possit impune a qualibet persona offendi in ære, & in persona, & etiã occidi, nec possit contra offendentem uel occidentem talem bãnitum opponi q; dictus bannitus esset tolleratus in Ciuitate Vigleuani uel Comitatu, uel parte ipsius, Sufficiat enim quo ad impunitatẽ, q; talis bãnitus sit comdẽnatus ut supra, & sit in albo Domini Prætoris Vigleuani descriptus, & ad hoc ut omnes sciant qui bãniti sint teneat Dominus Prætor Vigleuani sub pœna ãmissionis salarii annui, tenere ppostus tabulã unã in carta caprina, in qua scribant nomina comdẽnatorũ eorũq; cognomina & habitationes & causæ ppter quas fuerint capitaliter ut supra cõdẽnati & si ex homicidio fuerint comdẽnati, & fuerit deliberatũ id exprimant, & hoc intra sextã diem a die factæ comdẽnationis, idem faciant iusdicentes Comitatus Vigleuani scilicet q; intra terminũ prædictũ post factas comdẽnationes, nomina comdẽnatorũ modo quo supra describi faciant in tabula de qua supra, sub pœna præmissa Cõmuni Vigleuani applicanda.

¶De eodem.

REceptator bãniti a Ciuitate uel Comitatu Vigleuani uel aliter ei prestãs auxilium, Si talis bãnitus fuerit de maleficio, ex quo pœna mortis sit imponenda pro prima uice comdẽnet in confiscatione bonorũ Ducali cameræ applicanda pro secũda uero & ulterioribus uicibus puniat ea pœna, qua talis bãnitus puniendus esset. Hoc tamen statutum nõ habeat locum in receptante bãnitum qui sit intra quartũ gradũ cum receptante, secundũ ius ciuile cõputandum, eo enim casu nõ puniat nisi arbitrio potestatis in pecunia usq; ad libras quinquecentũ imperialiũ & nõ ultra Ducali cameræ applicãdas, Idem sit in receptatore bãniti a quacunq; alia Ciuitate, & Oppido Dominii Illustrissimi Ducis Sed hoc casu nõ puniatur nisi probatũ sit eum habere scientiam talis banni.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOVA

¶De minoribus puniendis.

MInor Quattuordecim annis pro imputatione cuiuscũq; delicti & excessus siue publici, siue priuati, Questionibus & tormẽtis subici nõ possit, nec morte puiri, uel alia pœna corporali. Sed tantũ in ære arbitrio. D. Potestatis inspecta qualitate facti & personæ.

¶Rubrica generalis, de priuato carcere & aliis.

¶De priuato Carcere.

MEnens, seu exercens, per se uel aliũ priuatũ carcerẽ capite puniat: & intelligat tenere seu exercere p se, uel per aliũ priuatũ carcerẽ, qui nõ ad executionẽ, præcepti alicuius iusdicentis, seu alias nõ iuridice, tenuerit, seu exercuerit seu exercerí seu teneri fecerit, aliquem contra eius uoluntatem inclusum seu ligatum, seu captum in aliqua parte, per dies duos continuos, & nõ aliter.

¶De pœna tenentis aliquẽ inclusum, & qui nõ fecerit eũ redimere.

SI quis tenuerit seu teneri fecerit aliquem inclusum seu ligatũ seu captũ minori spacio duoꝝ dierũ cõtinuoꝝ, & nõ fecerit eũ redimere, in aliquo puniatur in libris centũ & minus arbitrio Potestatis consyderata conditione personæ & qualitate delicti.

¶De pœna tenentis aliquẽ ligatũ, uel captũ, & fecerit eũ redimere.

SI quis tenuerit uel teneri fecerit aliquẽ inclusum seu ligatũ seu captũ minori spacio duoꝝ dierũ continuoꝝ, & fecerit eũ redimere in aliqua quantitate excedente sũma librarũ centũ imperialiũ, seu in aliqua re seu facto seu iure excedente dictã quãtitatẽ librarũ centũ imperialiũ, capite puniat ita ꝓ moriat. Si uero fecerit eũ redimere in quantitate re facto

re facto seu iure nõ excedente quantitatem librarum centum imperialium puniatur in ere tantum arbitrio Potestatis inspecta Qualitate personę & Qualitate delicti, & medietas pœne applicetur tali incluso & ut supra. Et nihilominus talis redemptio & quicquid secutum fuerit ex ea, uel ob eam, nullius sit ualoris & momenti.

¶De pœna illius qui per metum fecerit aliquem redimere, & non tenuerit eum captum.

SI quis per uim, uel metum, fecerit aliquem redimere in aliqua quantitate re facto seu iure, nõ tamen tenuerit nec teneri fecerit eum inclusum nec ligatum nec captũ, puniatur in extimatione eius de quo fecerit ipsum redimere, & ultra in quadruplum, cuius quadrupli medietas applicetur redemptio, & alia Cõmuni Vigleuani, & nihilominus talis redemptio & quicquid secutũ fuerit ex ea, uel ob eam, nullius sit ualoris, & momenti ipso iure.

¶De pœna cõmittentis, uel cõmitti facientis spoliationem, in re imobili.

SI qua persona Cõmune Collegiũ uel Vniuersitas cuiuscunq; status dignitatis, uel conditionis existat, a modo spoliauerit uel spoliari fecerit aliquem uel aliquam singularem personã ecclesiasticam uel secularem, Cõmune Collegium uel uniuersitatem de aliqua eius possessione, uel quasi rei imobilis, uel iuris inhærentis alicui rei imobili, uel de fructibus decimæ uel de iure decimationis, uel de alia quacunq; re imobili, Puniatur, & comdẽnetur in libris Ducentum imperialium pro quolibet eoꝝ, & minus arbitrio iusdicentis, secundum qualitatem delicti, & personæ delinquentis, & nihilominus teneat restituere possessionẽ, seu quasi, cum fructibus spoliato, eius iuramento liquidandis, præuia iudicis taxatione, & insuper comdẽnet, ꝓ infuturũ nõ debeat ipsum spoliare, & compellat super hoc præstare satisdationem per omnia iuris remedia.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶Rubrica generalis de ui molestatiua, turbatiua, uel inquietatiua possessionem.

SI aliqua Vniuersitas, Collegium, uel persona cuiuscunq; status dignitatis uel conditionis existat, a modo, molestauerit, uel turbauerit, uel inquietauerit, uel molestari uel turbari seu inquietari fecerit, aliquem uel aliquã personã ecclesiasticam, seu secularem Collegiũ, uel uniuersitatem, in aliqua eius possessione, uel quasi rei imobilis seu iuris inherentis alicui rei imobili uel fructibus decimę uel iure decimationis uel in quacunq; re imobili Puniat & comdenet in libris centũ imperialium pro quolibet eorũ, & minus arbitrio iusdicentis secundũ qualitatẽ delicti & personæ delinquentis, & nihilominus teneat & debeat dimittere molestatũ inquietatũ uel turbatũ in pacifica eius possessione uel quasi & insuper comdenet, ꝓ infuturũ nõ debeat ipsum molestare inquietare, nec turbare, & super hoc cõpellat prestare satisdationẽ per omnia iuris remedia.

¶Quod nulla psona corporaliter puniat nisi lege municipali caueat.

NVlla persona corporaliter puniat, nisi præsenti lege municipali caueat, Sed alias puniat pecunialiter arbitrio. D. Potestatis inspectis conditione psonæ & qualitate delicti, Quę pœna Cõmuni Vigleuani applicet & intelligat lege municipali cautũ de puniendo quẽ pœna corporali etiam ubi dictũ sit in ære uel persona, quẽ puniendũ esse

¶Quod agentes & consentientes eadem pœna puniant.

OMmittenter malefitium uel auxilium ad id dantes aut mandantes, puniantur eadem pœna.

¶Quod in omnibus comdenationibus bonorum sit saluũ ius creditorum, & legitimæ.

IN oibus cõdenationibus fiendis p. D. Potestatẽ & iusdicentes Ciuitatis & Comitatus Vigleuani p quas bona cõfiscent reseruent

semper & intelligatur reseruatum ipso iure & facto sine aliqua declaratione fienda iura creditorũ, siue pure creditores sint, siue in diem, uel conditionaliter & iura liberorũ & ascendentiũ, ratione & pro legitima iure naturæ eisdẽ debita, Quæ omnia nõ comprehendunt in dicta comdenatione, imo reseruata sint utsupra ulterius ita declarare teneant Potestas & Iusdicentes utsupra sub pœna reficiendi de suo dãnum patienti, dicta de causa.

¶De comdemnationibus fiendis.

OMinus Potestas nec alius iusdicens Ciuitatis & Comitatus Vigleuani nõ possit aliquã comdenationem corporalem uel pecuniariam facere nisi prius datis debitis defensionibus iuxta formam præsentium statutorum & reo perhemptorie citato Aliter comdenatio nõ ualeat, Qui tamen reus possit citari modo quo ex forma præsentium statutorum inquiri potest.

¶De remissione fienda per confessionem, uel pacem.

SI aliqua psona inquisita sit, uel querelata de aliquo delicto uel maleficio ex quo pœna pecuniaria ueniat imponenda, si ante inquisitionem uel post, termino decem dierum confiteatur delictum sponte, remittatur sibi quarta pars pœnæ, si uero læsus remisserit, alia quarta pars remittatur, & si comdenatus termino decem dierũ post comdenationem sponte soluerit alia quarta pars remittatur.

¶Rubrica generalis, de Damno dato.

SI quis tam temerarius fuerit, qui uites alterius succiderit uel succidere aut incidere fecerit a plantis decẽ uituũ supra fustiget acriter per totam ciuitatem, ultra ꝓ teneatur reficere damnum passo, eius iuramento liquidandum a decem uero plantis uituum infra puniatur pro qualibet planta incisa utsupra ultra damnum utsupra in libris quinque

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOVA

imperialiũ pro qualibet planta, & si soluere nõ poterit fustiget utsupra in aliis uero arboribus puniat arbitrio Potestatis in pecunia modo libras uigintiquinq; imperialiũ nõ excedat, ultra refectionẽ dãni, quę fieri semp debeat dãnũ passo in duplũ, & ulterius in prędictis & infrascriptis casibus pœnæ pecuniariæ suprascriptę & infrascriptę applicent Cõi Vigleuani.

¶Item cautum est q; si quis repertus fuerit facere iter, & senterium, in campo uinea, uel in orto alicuius tam cum persona, quã cum bestia barocio uel plaustro soluat pro banno Cõmuni Vigleuani singula uice librarũ unã imperialiũ.

¶Dãnificatus uero possit exigere duplũ.

SI quis uero repertus fuerit facere iter & senteriũ in nemoribus, & pratis, soluat pro bãno Cõmuni Vigleuani soldos decẽ imperialiũ.

¶Item si quis repertus fuerit exportare lignamina ad usum uinearum soluat pro banno præfato Cõmuni soldum unũ pro singulo pallo scarliono aut manegia.

¶Item pro qualibet bestia onerata lignaminũ in uineis libras duas imperialium.

¶Item pro quolibet barocio, libras Quinq; imperialium.

¶Item pro quolibet plaustro onerato utsupra, libras decẽ imperialiũ.

¶Item pro exportatione uuarũ, & aliorum fructuũ possit quis accusare suo iuramento usq; ad sũmam librarum duarũ imperialium.

¶Et dictus exportans uuas a decem infra, soluat pro bãno præfato Communi soldos decem imperialium, usq; ad uuas uiginti soluat soldos triginta, & abinde supra extimetur dãnum, saluo q; dãnificatus, possit iurare usq; ad soldos Quadraginta imperialium utsupra.

¶Item pro qualibet bestia grossa reperta pasculare, in Campis seminatis uineis & ortis soluat pro banno soldos decem imperialium.

¶Item in pratis & buschis soldos quinq; imperialium Bestiæ uero paruæ soluant dimidium dictæ accusæ.

¶Item si quis fecerit dãnũ in exportando ligna a nemoribus soluat pro quolibet fasso a dorso, siue caricha ab homine soldos quinque.

¶Item pro quolibet Asino soldos decem imperialium.

¶Item pro quolibet barocio libras duas imperialium.

¶Item pro quolibet plaustro libras quattuor imperialium.

¶Item pro qualibet planta fructifera, siue insido, libras duas imperialiũ.

¶Item faciens dãnum in plantis fructiferis, soluat pro banno Cõmuni Vigleuani soldos uiginti imperialium.

¶Item si quis fecerit damnum derobando lignamina cuiusuis generis soluat soldos triginta.

¶Derobans Furmentum, sicalem, milium, nuces soluat pro banno soldos triginta imperialium & danificatus possit exigere in suprascriptis omnibus capitulis duplum.

¶Et non habentes modum satisfaciendi suprasciptis accusis fustigetur siue ponat ad berlinã iuxta arbitriũ Domini Potestatis saluo etiã iure dãnũ passo agendi de furto uel de robaria prout de iure sibi competit.

¶De satisdatione præstanda de non offendendo.

Ominus Potestas & Iusdicentes ad malefícia Ciuitatis & Comitatus Vigleuani & quilibet eoꝝ omnibus iuris remediis teneantur, ad petitionẽ cuiuslibet petentis timentis de aliquo ne eum offendat, Cogere ipsum uel ipsos de quo uel de quibus timent idonee satisdare cũ bonis fideiussionibus de libris trecentũ imperialium & plus & minus arbitrio iusdicentis, inspecta qualitate facti, & personarũ, de nõ offendendo ipsum petentẽ in ære nec in persona, modo talis petens fideiussionẽ iure iurando affirmet prædictã fideiussionem per calumniam nõ petere, & petito ipsa iudici calũniosa nõ uideatur.

¶De mutatione nominis.

Vælibet persona quæ sibi in iudicio nomen & cognomen uel pronomen mutauerit, si fuerit causa capitalis, uel ex qua pœna sanguinis ueniat imponenda, puniatur pœna falsi sinminus in

HAYKOВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

quibuscunq; aliis causis componat Cõmuni Vigleuani libras uiginti quinq; imperialiũ & ita per quoscunq; iusdicentur comdẽnentur.

¶De uerborum significatione.

Bicunq; in presentibus statutis dictum est quẽ puniri debere capite inteligatur semper ita q; moriatur.

LAVS DEO.

¶Copia publicationis Ciuitatis Vigleuani & presentium statutorum.

IN Nomine Domini Amen: Anno a Natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo trigesimo secundo. Indictione die decimonono mensis Augusti in Ciuitate Vigleuani uidelicet in Ecclesia Maiori ipsius Ciuitatis porte Episcopalis: Ibiq; Paulus de Canobio publicus tubicina dicti Cõmunis retulit mihi notario infrascripto uti publice persone stipulanti & recipienti nomine & uice prefacte Cõmunitatis Vigleuani sic instantibus & requirentibus nobilibus uiris. D. Io. Andree de Costis fi. cõ. D. Iohãnis & guliermo de Prouide masera Consulibus & Agentibus dictę Cõmunitatis publicasse alta & inteligibili uoce in prefata Ecclesia Maiori Sanct Ambrosii sono tube premisso ut moris est: In qua aderat magna multitudo personarũ, dictum opidum Vigleuani fuisse in Ciuitatẽ erectum, at statuta ipsius Ciuitatis edite nouiter & confirmata per Reuerendissimum & Illustrissimum Ducalem Senatum Mediolani fuisse & esse completta & erecta, necnõ & parochia ordinata in dicta Ciuitate uidelicet uua in ecclesia maiori ipsius Ciuitatis; Altera in Ecclesia Sancti Dionisii, Altera in Eclesia Sancti Cristophori ad hoc ut amodo in antea quis pretendere uallate de ignorantia ac notum sit omnibus & singulis de premissis Et præ-

dicta omnia & singula facta & publicata fuerũt impositione iusu & mandato Illustrissimi & Excellentissimi. D. Domini Francisci Sfortie Mediolani Dominus &c. Et ita prefactus Tubicen retulit & reffert prædicta fecisse pnblicasse & adimpleuisse in omnibus & per omnia prout continetur. Rogans me notarium infrascriptum ut de prædictis publicũ conficiam instrumentum. Actum ut supra; presentibus pro testibus Domino Petro Maria de Boxiis fi. cõ. Domini Ambrosii Io. Petro de la Ecclesia fi. cõ. Cristofori Domino Hyeronimo de Podexiis fi. cõ. Domini Ambrosii: & pro secundo notario. D. Io. Iacobo de Morselis de Carleuariis omnibus De Vigleuano notis uocatis ad hec specialiter & rogatis.

¶Ego Symon puteus fi. cõ. Domini Dominici publicus Imperiali auctoritate notarius de Vigleuano subscripsi suprascriptum instrumentum relationis mihi facte iusinuaui rogatus tradidi scripsi & in fidem premissorum me subscripsi.

IN NOMINE Domini Amen. Anno a Natiuitate eiusdem Milesimo quingentesimo trigesimo secundo Indicione quinta die Sabbati primo mensis Iunii In Ciuitate Vigleuani uidelicet in Episcopali Palacio sito in porta Episcopali alias Bergunzoni Ibiq; cõuocato & congregato capitulo Ecclesie Catedralis Sancti Ambrosii dicte Ciuitatis, De mandato Reuerendissimi in Christo Patris Domini Galeacii Petre Dey & Apostolice sedis gratia Episcopi Vigleuieñ. ac Reuerendi Domini Præsbyteri Symonis Biffi prepositi dictæ Ecclesie, sono campane præmisso, prout moris est in quo quidem capitulo Adderant fuerunt & sunt infrascripti Domini uidelicet primo prefactus Reuerendissimus Dominus Episcopus prefactus Reuerendus. D. Præpositus. D. Vincentius Gauactius Archiepresbyter Dominus Amicinus de Marcianis Archidiaconus Dominus Ambrosius de Madiis decanus. Et Dominus Franciscus Rosarinus Cantor. Et una cum eis infrascripti Domini Canonici uidelicet Vincentius de Preuide palandini, Iacobus de ziponariis Vincentius de Preuide patroni, Io. Ambrosius aliprandus, Antonius

carbonus Gregorius de redulfis roxe, Deffendens de scottis, Ambrosius de alasia, Abram de ardigiis, Alexander de Rouerinis, Petrus de maiochis, & Bassanus de Ghisleriis, Q ui omnes sic congregati faciunt & representant, totum & integrale capitulum Dicte Catedralis ecclesie Sancti Ambrosii. Considerantes mentem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Domini Francisci Secundi Sforcie Mediolani Ducis & Dicte ecclesie Patroni & fondatoris, Esse Dictam Ciuitatem ad instar aliarum ciuitatum suarum decorare, ipsamq; in digniorem formã reddigere, ut effectus titulo correspondeat. Et primo (ut fas est) Diuinis incumbere cepit, Episcopatum Dignitates, Canonicatus, mansionarios leuitas, & alios beneficiatos & Capelanos constituendo & dotando. Conueniens uisum est prefacto Reuerendissimo Domino Episco & Dicto uniuerso capitulo, tres parochiales Ecclesias in ipsa Ciuitate construere siue errigere, tam pro Ciuium cõmoditate, quã pro clericorum augumento, & ciuitatis ornamento. Ideo prefactus R euerendissimus. D. Episcopus & capitulum sic ut supra Congregatum, Ad laudem omnipotentis Dey, eiusq; Beatissime matris Virginis Marie, ac Diui Ambrosii patroni nostri tociusq; celestis curie nominibus pro sufragio Imploratis, Omnibus meliori modo uia iure causa & forma quibus melius & ualidius potuerunt & possunt. Fecerunt Constituerunt & errexerunt faciuntq; Constituũt & errigunt, Infrascriptas tres parochiales ecclesias uidelicet Primo Dictam catedralem ecclesiam Sancti Ambrosii sitam in porta Episcopali, alias Bergunzoni, Secundo ecclesiam Sancti Dionisii sitã in porta Ducali, alias predelate, Et tertio ecclesiam Sancti Christophori sitã in porta Sancti Christofori alias ualis: Cuilibet earũ infrascriptam porcionem Ciuitatis asignando & quam asignaueruut & asignant hoc modo uidelicet, a Portono siue uia coperta, que transuersat ciuitatẽ, & tendit a palacio Ducali ad arcem ueterem, Eumdo ad portam sforciade, alias strate, portam Sancti Christofori alias ualis, & portam Sancti Rochi, alias nouam includendo dimidiam uie que tendit ab arce noua ad Dictum Ducale palacium. Hec pars Ciuitatis cum suburbiis suis & toto territorio ab eodem latere, sit subiecta dictæ perochie Sancti Christofori, & Describantur persone in illis

portis ubi sunt, A dicta uero uia sancti Rochi, eumdo uersus portã Sancti Martini accipiendo Dimidiam uie Sancti Martini, Et ueniendo de directo per porticũ plathee usq; ad palacium cõmunis, & descendendo per ipsam uiam usq; ad strictam que Dicitur de Rouidis accipiendo dimidiam dicte stricte usq; ad menia ciuitatis sit inclusa parochie Sancti Ambrosii, Ita q; ecclesia Sanctorum Hieronimi & Magdalene sit in porta Episcopali parochie Sancti Ambrosii, abinde uero supra sit eiusdem parochie & porte Sancti Martini. Reliquum uero dicte Ciuitatis inteligatur & sit de parochia Sancti Dionisii, & porta Ducali, hac lege & Condicione q; habitantes in ipsa Ciuitate & territorio teneantur accedere ad parochias suas pro asumendis & recipiendis sacramentis ecclesie, Et etiã eorum cadauera sepelire, & nõ alibi sine licentia parochianorum suorum, Saluo q; quilibet possit accedere (si sibi placuerit) ad principalem ecclesiam Sancti Ambrosii dicte Ciuitatis pro recipiendis dictis sacramentis, & etiam sepulturis sibi elligendis prout si accessissent ad propriam parochiam, Ordinantes quoq; q; parochiani dictarum ecclesiarum Gaudeant distributionibus Cottidianis prout ceteri Capelani gaudeant. Q uam distributionem capiant de manu texaurerii dicti capituli Et teneantur continue incombere Diuinis officiis in dicta ecclesia maiori, saluo q; omnibus diebus possint missas celebrare in eorũ parochialibus ecclesiis infra tempus prime & tercie hore, Item q; dicti parochiani teneantur tenere stabilem habitationem prope dictas eorum parochiales ecclesias, ut seruire ualeant omnibus sacramentis temporibus congruis. Item q; si contingat aliqua cadauera sepeliri extra suam ecclesiam uel extra Cimiteria dicte catedralis ecclesie uidelicet, In alia parochia uel monasterio, Parochianus in cuius parochia talia corpora decedere contigerit, habeat & consequi possit quartam iuxta solitum dicte Ciuitatis. Item q; dicti parochiani in coro & processionibus sedere & accedere debeant imediate post mensionarios. Q ue quidem omnia & singula prefactus Reuerendissimus Dominus Episcopus & capitulum predictũ uolunt obseruari imolabiliter perpetuo. Iusserunt q; & iubent per me notariũ publicum confici debere instrumentum actũ ut supra presentibus pro testibus Domino presby-

tero Ambrosio de suigho & Altobelo de uegiis si. cõ. Domini Bartola-
mei de pp omnibus notis Idoneis ad hec specialiter uocatis & rogatis.

EGo Antonius Maria parona Domini Bassani publicus apostolica
Imperialiq; auctoritatibus notarius Vigleuiensis suprascriptũ in
strumentum rogatus tradidi scripsi & subscripsi signumq; mei tabelio-
natus consuetum apposui.

¶Nota Ecclesiarũ Ciuitatis Vigleuani tam intus quã fo-
ris sub quibus parochiis & portis sunt.

CAtedralis Ecclesia Sancti Ambrosii in porta episcopali Intus.
Hospitale Sanctarum Marie & Marte in porta Episcopali paro-
chia Sancti Ambrosii Intus.
Ecclesia Sãcti Andree porta episcopali parochia Sãcti Ambrosii Intus.
Ecclesia Sanctorũ Hieronimi & Magdalene in porta episcopali paro-
chia Sancti Ambrosii Intus.
Ecclesia Sancte Marie de populo in porta Sancti Martini parochia San
cti Ambrosii Intus.
Ecclesia Sãcti Bernardi in porta. S. Martini parochia. S. Ambrosii foris.
Ecclesia Sancte Marie gratiarum in porta Sancti Martini parochia San-
cti Ambrosii foris.
Ecclesia Sancte Iuliane in porta. S. Martini parochia. S. Ambrosii foris.

¶Parochialis Ecclesia Sancti Dionisii in porta Ducali.

¶Ecclesia Sancti Antonii in porta Ducali parochia. S. Dionisii Intus.
Ecclesia Sancte Marie Asumptionis monialium in porta Ducali paro-
chia Sancti Dionisii Intus.
Ecclesia Sancti Francisci in porta Ducali parochia Sãcti Dionisii Intus.
Ecclesia Sancti Martini in porta Ducali parochia Sancti Dionisii foris.

Ecclesia. S. Marie de Loreto in porta Ducali parochia. S. Dionisii foris.
Ecclesia. S. Marie misericordiarum in porta Ducali parochia. S. Dionisii
foris.

¶Parochialis Ecclesia. S. Christofori in porta Sancti Christofori.

¶Ecclesia. S. Georgii in porta sforciade parochia. S. Christofori Intus.
Ecclesia. S. Petri martyris in porta. S. Rochi parochia. S. Cristofori Intus
Ecclesia. S. Rochi in porta Sancti Rochi parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancti Petri in porta. S. Rochi parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancti Marci in porta & parochia Sancti Christofori foris.
Ecclesia. S. Marie de fogliano in porta & parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancte Margarite in porta & parochia Sancti Christofori foris.
Ecclesia. S. Marie de angelis in porta & parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancti Iacobi in porta & parochia Sancti Christofori foris.
Ecclesia Sãcti Mauricii in porta sforciade parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancte Marie de intus uineis in porta sforciade parochia Sancti
Christofori foris.
Ecclesia. S. Michaelis in porta sforciade parochia. S. Christofori foris.
Ecclesia Sancti Antonii ad sforciadem porta sforciade parochia Sancti
Christofori foris.

¶Mediolani Typis escussit Gotardus Ponticus Inpensis Magnificæ
Comunitatis Vigleuani Illustrissimo & Excellentissimo Frã-
cisco Secundo Sfortia Mediolani Duce Dominãte. Anno
a restituta Salute. M.D.XXXII. Die. xxx. Octobris.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

FRANCISCVS CRASSVS IN VTROQVE Iure Licentiatus. Causidicus Mediolanensis. Magnificis Dominis Consulibus: & Duodecim Prouisionum Ciuitatis Vigleuani Salutem.

DELATVM ad me nuper est uolumen Statutorum Ciuilium & Criminalium huius Ciuitatis, nouissime uestra Inpensa typis excussum. Quod anno superiore rogatu uestro, multis uigiliis, a me ex integro compilatum fuerat: Et expost per illustrem & Reuerendissimũ Senatum Mediolanense recognitum: & confirmatum, Id cum legissem, reperii, Inpressoris culpa, multas mendas inesse. De quibus cum oratores uestros Mediolani tunc existentes, certiores reddidissem, me uestro nomine rogarunt ne permitterem hec quæ perpetua erunt, erroribus his inplicita esse. Non potui, licet dicendis & consulendis causis quotidie (ut scitis) inplicitus, tamen facere, quin uestro desiderio satisfacerem. Ea propter in hac tabella, omnes notabiles errores inpressoris descripsi, addito numero foliorum, pro faciliori inuentione, fecissem plus, si temporis comoditas superfuisset, Vnum hoc tamen uobis ipsis persuadite me ad omnia uestra comoda paratũ semper fuisse & fore Bene ualete Mediolani Quinto decimo Nouembris. M. D. XXXII.

In Volumine Statutorum Ciuilium.

¶ In prima pagina, a tergo ubi legitur. Quod conseruabo uult dicere, ac coseruabo.

¶ In sexta ubi legitur, de ualore & pretio quas extimari, uult dicere de ualore & precio rerum quas &c.

¶ In decima ubi legit̃, Res ultra mentẽ, uult dicere, Res ultra mensem

¶ In ea. pagina a tergo, ubi legitur Que curator spetialis legiptime uult dicere Que curator generalis &c.

¶ In. xii. a tergo, ubi legitur, in sacramento comissario, uult dicere, in sacramento comissarii.

¶In. xiiii. ubi legitur, legiptime appositionis, uult dicere, legiptime Apelationis.

¶In ea. a tergo, ubi legitur, debitori seu heredum uult dicere debitori seu heredi.

¶In. xv. ubi legitur, ostendere se debitum soluisse uult dicere, ostendere se indebitum soluisse.

¶In. xvi. ubi legitur, & mandalibus uult dicere, & mandatoribus.

¶In. xvii. ubi legitur, mandati exigere aliquid ut pro restitute uult dicere mandati exigere aliquid ut pro restitutione.

¶Et inibi dum legit, obligata mandati, uult dicere, obligata mãdanti.

¶In fol. xxxi. ubi legitur uel missio in immobilis, uult dicere, uel missio in immobilibus.

¶In fol. xlii. ubi legitur, tam masculi quã feminas, uult dicere, tam masculi quã femine.

¶In fol. xliii. ubi legitur, sui iuris & actionem, uult dicere, sui iuris & actionum.

¶In ea. a tergo, ubi legitur dirrectorum dominorum, uult dicere, dirrectorum dominiorum.

¶In fol. xliiii. a tergo, ubi legitur confidenti partium uel illorũ, tollatur illud uerbum uel.

¶In fol. xlv. ubi legitur, in causa principali quã appositionum, uult dicere, in causa principali quã apellationum.

¶In fol. xlvi. a tergo, ubi legitur libras tres Imperialium pro singulo eorum, delenda sunt illa uerba pro singulo eorum.

¶In fol. lxvii. ubi legitur sitq; eis auctoritas, uult dicere, sitq; ei auctoritas & deinde ubi legitur saluo q̃ non possint, uult dicere saluo q̃ non possit.

¶In fol. xlix. ubi legitur Abbatum meorum uult dicere, abbatis mei.

¶In fol. liii. ubi legit illud argumentũ uult dicere, illud augumentũ.

¶In fol. lxviii. ubi legitur, q̃ domũ directi ualorem directi dominii & ficti libellarii ascribatur in eius extimo uult dicere, q̃ domino directi ualorem directi dominii & ficti libellarii ascribant in eius extimo

¶In eo a tergo ubi legitur extimui dicti trafici, uult dicere, extimum dicti trafici.

¶Et in ea. ubi legitur, Sed q̃ maior pars, uult dicere, secundum q̃ maior pars.

¶In Criminalibus uero statutis hi errores corrigendi sunt.

¶In fol. lxxi. a tergo ubi legitur infinitis ædiris, uult dicere, infinitis edictis.

¶In fol. lxxii, ubi legitur, & locis in quo crimen, uult dicere, & locus in quo &c.

¶Et in ea ubi legitur, de iuramento & prouisione, uult dicere, de iuramento & promisione.

¶Et in ea. a tergo, ubi legitur possit reis personaliter, uult dicere, possit reus personaliter.

¶In fol. lxxiiii. ubi legitur, seu sequestionibus, uult dicere, seu questionibus.

¶Et in ea. a tergo, ubi legitur, & ut pena unus, uult dicere, & ut pena unius.

¶In fol. lxxv. ubi legitur, in medietatis dicte pene, uult dicere, in medietate dicte pene.

¶In fol. lxxix. ubi legit, tenere ppostus, uult dicere, tenere pro rostris.

¶In fol. lxxx. ubi legitur, aplicetur redemptio, uult dicere, aplicetur redempto.

¶In fol. lxxxiii. ubi legitur. Ego Simon &c. fil. quon. D. Dominici uult dicere fil. quon. Domini Vincentii.

~~23256~~
H. 183065

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

972072
3-9

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА